LIBER TERTIVS

1

Callimachi Manes et Coi sacra Philitae,
  in uestrum, quaeso, me sinite ire nemus!
primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
  Itala per Graios orgia ferre choros.
dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro?
  quoue pede ingressi? quamue bibistis aquam?
a ualeat, Phoebum quicumque moratur in armis!
  exactus tenui pumice uersus eat,

1 **1** sacra] serta *van Eldik* : scripta *Valckenaer* : fata *Baehrens, prob. Housman Class. Pap. 51sq.*; sacra *iure def. Sh. Bailey 135. Quod adtinet ad uerba* manes *et* sacra *in eadem sententia cf. Gell. 10,8,5* id monumentum Artemisia cum dis manibus sacris Mausoli dicaret, *CLE 579,1 B.* hoc monumentum ... manibus addictum sacrisque priorum. *Vox* sacra *ritus sollemnes, quibus Callimachus et Philetas celebrantur, designat; cf. Seru. ad Verg. Aen. 10,519* inferiae sunt sacra mortuorum. *Aliter* sacra *interpretantur Sandbach ClR 52 (1938) 213sq., Enk Mn S. III 13 (1947) 68–72, Alfonsi ACl 18 (1949) 341–347* **3** uestro de fonte *Markland*; *sed cf. Callim. Hymn. 2,108–112, Quadlbauer Ph 112 (1968) 86–88* **5** tenuistis F (*corr.* F^4) L P Δ; *cf. u. 8* (*ubi* tenuis = λεπτός), *Hor. epist. 2,1,225* tenui deducta poemata filo, *Stat. silu. 4,7,9* Maximo carmen tenuare tempto *et uide Quadlbauer Ph 112 (1968) 90sq.* **6** quaue ς; *sed recte iudicat Camps III 54, cuius sententia duplex in nexu* quoue pede *inest significatio: nam eodem tempore et de superstitione* (*cf. e. g. Ouid. fast. 1,514* ripaque felici tacta sit ista pede) *et de numero elegiaco sermo est*

quo me Fama leuat terra sublimis, et a me
  nata coronatis Musa triumphat equis,
et mecum in curru parui uectantur Amores,
  scriptorumque meas turba secuta rotas.
quid frustra missis in me certatis habenis?
  non datur ad Musas currere lata uia.
multi, Roma, tuas laudes annalibus addent,
  qui finem imperii Bactra futura canent:
sed, quod pace legas, opus hoc de monte Sororum
  detulit intacta pagina nostra uia.
mollia, Pegasides, date uestro serta poetae:
  non faciet capiti dura corona meo.
at mihi quod uiuo detraxerit inuida turba,
  post obitum duplici faenore reddet Honos;
omnia post obitum fingit maiora uetustas:
  maius ab exsequiis nomen in ora uenit.

9 sublimen *Rossberg*; *sim. Verg. georg. 3,8sq.* temptanda uia est, qua me quoque possim / tollere humo uictorque uirum uolitare per ora **10** nota ς; *sed cf. Callim. frg. 1,19sq. Pf.* μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψορέουσαν ἀοιδήν / τίκτεσθαι **13** inmissis *Auratus*; *sed* mittere = inmittere *tuentur Löfstedt Verm. Stud. 121 adn. 1, Quadlbauer Ph 112 (1968) 101* **19** nostro F L **21–22** ut ... reddat *Markland* **21** detraxerat Vo V^2 **22** reddit N F L P D V (*corr.* F^4 V^2) Honos] onus ω, *corr.* ς (*qui et* opus *trad., prob. Rothstein II 365*); *de laude agitur, qua post obitum poeta decorabitur* **23** omnia] fame N; famae *deff. K. P. Schulze Beitr. Eleg. I 25, Foster AJPh 33 (1912) 240, B.-B. 264 (coll. Liu. 45,27,8* Athenas ... plenas quidem et ipsas uetustate famae *)*; *cf. tamen Housman Class. Pap. 272, Leo Kl. Schr. II 184, Enk Comm. crit. 204sq., Knoche Gn 10 (1934) 207* uetuste N omnia post fatum fingit maiora uetustas *cod. Arond. Mus. Brit. 136, in mg. ad Mart. 5,10, teste Friedlaender, M. Valerii Martialis Epigrammaton Libri, I, Lipsiae 1886,81* famae post obitum adfingit maiora uetustas *Barber dub. in app.* **24** uenit] meum F P

nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces,
  fluminaque Haemonio comminus isse uiro,
Idaeum Simoenta Iouis cum prole Scamandro,
  Hectora per campos ter maculasse rotas?
Deiphobumque Helenumque et Pulydamanta et in armis
  qualemcumque Parim uix sua nosset humus.

25 pulsas] pressas *Postgate* : fractas *uel* ruptas *Mähly*; *cf. tamen Tac. ann. 11,37,5* impetu uenientium pulsae fores *et Sh. Bailey 136; quod adtinet ad* nam quis *cf. Hubbard ClQ 62 (1968) 315* artes ω, *corr.* N^2 **26** esse uiro N D : ille raro F (*corr.* F^4); *cf. ThLL III 1894,30sqq.* **27** cum prole Scamandro] cunabola parui F L P Δ (*fortasse ex Verg. Aen. 3,104sq.* Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, / mons Idaeus ubi et gentis cunabula nostrae) : *om.* N; *uitium in codicibus latere iam Lachmann 233 dilucide ostendit ("neque Simois cunabula Iouis, nec in Ida Phrygiae fuere Iouis cunabula . . . Denique haec ab omni huius loci sensu aliena ac prorsus diuersa sunt . . . Quid ad haec* Iouis cunabula parui, *quae, si uel maxime in Phrygia fuissent, a Troiae exitio nomen ac famam lucrari non potuere?")*; *corr. Wolff, prob. Haupt Opusc. II 53–56*; *cf. enim Hom. Il. 14,434 (= 21,2)* Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς. Cunabula parui *frustra def. Maass Herm. 31 (1896) 429sq.; cf. contra Housman Class. Pap. 251, Rothstein II 366, B.-B. 264, Knoche Gn 12 (1936) 264 adn. 9* **29** Pulydamanta et] poli led amentes N : puli (-y) led (laed Vo) amentes F L P Vo : poli ydamantes D : pul ydamantas *ex* pol ydamantas V : polidamantes F^4 : polydamantas ς (*sed cf. B.-B. 264*) : Pulydamantos (-tis *Phillimore*) *ingeniose coni. Postgate, coll. Sil. 12,212sq.* Pulydamanteis iuuenis Pedianus in armis / bella agitabat atrox (*cf. tamen Sh. Bailey 136*); *corr. Lachmann, qui sic interpretatur (p. 233): "ignoti forent, inquit, Deiphobus et Helenus et Polydamas et ille in armis qualisqualis Paris.* Qualemcumque in armis *adiectiue dicit eum, qui strenuusne an imbellis fuisset, nemini etiam notum foret"; cf. etiam Il. Lat. 2334* nec fortis in armis / belli causa Paris

exiguo sermone fores nunc, Ilion, et tu,
  Troia, bis Oetaei numine capta dei.
nec non ille tui casus memorator Homerus
  posteritate suum crescere sensit opus.
meque inter seros laudabit Roma nepotes:
  illum post cineres auguror ipse diem.
ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro,
  prouisum est Lycio uota probante deo.

2

Carminis interea nostri redeamus in orbem:
  gaudeat in solito tacta puella sono.
Orphea detinuisse feras et concita dicunt
  flumina Threicia sustinuisse lyra;

32 Troia] terra *Housman*; *sed cf. Verg. Aen. 5,756sq.* hoc Ilium et haec loca Troiam / esse iubet oete in N : oete F (*corr.* F^4) L P Vo **35–36** *post u.* 38 *transt. Richmond* **36** augur . . . ipse deae N esse diem ς **38** promissum Vo V^2 est *om.* F L P

2 ad librum secundum F : ad librum suum L D V : ad librum reuertitur P : *priori coniungunt edd. uett., post ed. Aldin. a. 1515 (fort. recte)* : **1–2** *priori coniung. ed. Gryph. a. 1573* **2** in] ut Vo V^2, *prob. Camps III 59*; *sed cf. 2,4,18* gaudeat in puero, si quis amicus erit, *4,8,63* Cynthia gaudet in exuuiis *et de nexu* gaudere in *Tränkle 90sq.* **3** detenuisse F V (*corr.* V^2) : te tenuisse D F^3 (*cf. Housman Class. Pap. 361sq.*) : delinisse (= delenisse) *Ayrmann*; *fort. recte: cf. enim Hor. ars 393* (Orpheus) dictus ob hoc lenire tigris rabidosque leones. *Apul. flor. 17* ille (*sc.* Orpheus) immanium bestiarum delenitor *et Sh. Bailey 137, qui poetas Augusti aetatis in eodem disticho et* detinere *et* sustinere *uti potuisse negat* (*cf. contra exempla Graeca ap. Jebb ad Soph. Phil. 121sq.* παρήνεσα . . . συνήνεσα). *Tradita tueri uidetur Mart. 14,166,2* quae duxit siluas detinuitque feras **4** detinuisse Δ; sustinuisse *recte interpretatur Rothstein II 15*

saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem
  sponte sua in muri membra coisse ferunt;
quin etiam, Polypheme, fera Galatea sub Aetna
  ad tua rorantis carmina flexit equos:
miremur, nobis et Baccho et Apolline dextro,
  turba puellarum si mea uerba colit?
quod non Taenariis domus est mihi fulta columnis,
  nec camera auratas inter eburna trabes,
nec mea Phaeac[i]as aequant pomaria siluas,
  non operosa rigat Marcius antra liquor;
at Musae comites et carmina cara legenti
  nec defessa choris Calliopea meis.

5 Thebanam *Heinsius* (*non improbante Rothstein II 366*) : Phoebeam *Jortin, coll. Stat. silu. 3,2,41* nec cano degeneri Phoebeum Amphiona plectro; *a* coisse *tamen et* Thebas *et* in muri membra *pendere possunt* (= Thebas in muri membra sua sponte coisse) **6** innumeri N P : in numeri L Vo : inineri F : immineri F^2; in *delendum censet Hosius*; *cf. Pausan. 6,20,18, Stat. Theb. 7,665* **9** nobis] nostro F L P uel apolline P **13** ph(a)eacias *et sim.* ω : Phaeaces *Nestor* : Phaeacis *Havet, corr.* ς; *quamuis adiect.* Phaeacus *nusquam alibi tradatur, cf. adiect.* Thracus *ap. Val. Fl. 2,201* Thraca palus; *uide etiam Wackernagel Vorles. II 317, qui 4,6,15* Athamana ad litora *confert* **15** comitis N Δ : comiti F L P, *corr.* F^4 V^2 et] uel P^{corr} cara] grata ς, *prob. Lachmann 234* (*"carmina . . . ei potius cara erunt, qui legerit, quam legenti"*; *cf. 2,34,81* non tamen haec ulli uenient ingrata legenti); *sed de* carus *i. q.* gratus, dilectus, iucundus, *dict. de rebus, cf. ThLL III 505,60sqq.* **16** nec] et F L P Δ : *om.* N : at *Scioppius, corr. Baehrens*; et *deff. B.-B. 266, coll. Stat. silu. 1,5,2* nec lassata uoco totiens mihi numina Musas, *et re uera notio Musarum, quas poeta nimis sollicitando fatigat, defendi potest, coll. cum Sh. Bailey 138 Iuuen. 2,92* Cecropiam soliti Baptae lassare Cotyton, *Auson. epist. 11,6 P.* torpere Musas non sinis; *mihi tamen persuasit Camps III 61, qui* nec defessa = et indefessa *i. e.* et assidua *interpretatur, coll. Tac. ann. 16,22,1* assiduum . . . et indefessum

fortunata, meo si qua est celebrata libello!
  carmina erunt formae tot monumenta tuae.
nam neque Pyramidum sumptus ad sidera ducti,
  nec Iouis Elei caelum imitata domus,
nec Mausolei diues fortuna sepulcri
  mortis ab extrema condicione uacant.
aut illis flamma aut imber subducet honores,
  annorum aut ictu, pondere uicta, ruent.
at non ingenio quaesitum nomen ab aeuo
  excidet: ingenio stat sine morte decus.

3

Visus eram molli recubans Heliconis in umbra,
  Bellerophontei qua fluit umor equi,
reges, Alba, tuos et regum facta tuorum,
  tantum operis, neruis hiscere posse meis,

17 est *om.* V (*add.* V^2) : es ς, *quod nonnulli edd. accipiunt*; *cf. tamen 2,3,15* nec si qua Arabio lucet bombyce puella (*ubi* si qua puella *Cynthiam designat*) *et 2,33,35sq.* me miserum, ut multo nihil est mutata (*sc.* Cynthia) Lyaeo! / iam bibe: formosa es: nil tibi uina nocent **22** uacat L P Δ **23** illi D V (*corr.* V^2) subducit N **24** ictus D (*probb. Housman Class. Pap. 318, B.-B. 266*) pondera F (*prob. Housman Class. Pap. 318); cf. tamen Ouid. trist. 2,86* ipsa suo quondam pondere tracta ruunt, *Anth. Lat. 462,6 R.* quae tunc paene suo pondere lapsa ruit, *Mart. 1,82,6* (porticus) uicta est pondere cum suo repente, *Plin. epist. 6,16,6* pondere suo uicta (nubes) *et Sh. Bailey 139* **25** ingenio] ingenti *Heinsius*

3 tertium somnium propertii F : somnium propertii L D V : refert uerba quae uisus est recepisse in somnis a phebo et a caliope P **2** *et* **8** *inter se mut. Polster; cf. tamen Norden Aen. 315, Sh. Bailey 139, Tränkle 103* **4** quantum operis! *anon. ap. Gebhard*; *sed cf. 3,11,70* hiscere] dicere *Hemsterhuys* : ducere *Heinsius*; *sed de nexu* hiscere posse *cf. ThLL VI 3,2832,1sqq.; uide etiam K.-St. I 278, Tränkle 71*

paruaque tam magnis admoram fontibus ora,
  unde pater sitiens Ennius ante bibit,
et cecinit Curios fratres et Horatia pila,
  regiaque Aemilia uecta tropaea rate,
uictricesque moras Fabii pugnamque sinistram
  Cannensem et uersos ad pia uota deos,
Hannibalemque Lares Romana sede fugantis,
  anseris et tutum uoce fuisse Iouem:
cum me Castalia speculans ex arbore Phoebus
  sic ait aurata nixus ad antra lyra:
'Quid tibi cum tali, demens, est flumine? quis te
  carminis heroi tangere iussit opus?
non hic ulla tibi speranda est fama, Properti:
  mollia sunt paruis prata terenda rotis;
ut tuus in scamno iactetur saepe libellus,
  quem legat exspectans sola puella uirum.
cur tua praescriptos euecta est pagina gyro⟨s⟩?
  non est ingenii cumba grauanda tui.

5 iam *Guyet* **7** cecini ς (*ingeniose: cf. enim uu. 15–16, Verg. buc. 6,3sqq., Ouid. ars 2,493–496, Rothstein II 20, Maass Herm. 31 [1896] 379sq.*); *sed nihil mutandum: nam uu. 7–12 ad Ennii Annales pertinere ostendunt B.-B. 267 et Kambylis 131–136; uide etiam Wilamowitz Hell. Dicht. II 93 et de u. 8 Sh. Bailey 139sq.* **9** uictrices F L P **11** lacies N : lacres L P V : alacres D Vo V²; *cf. Housman Class. Pap. 355* sede] ex aede *Passerat*; *intellegendum est* ab urbe Roma, *coll. Catull. 81,3* moribunda ab sede Pisauri, *Verg. Aen. 1,270* ab sede Lauini; *aliter Sh. Bailey 140* **17** hinc ς *(et Volscus), prob. Camps III 65*; *fort. recte, quamuis* hic *defendi possit: cf. Rothstein II 22 ("auf diesem Gebiete der Dichtung"); intellege potius* hic = apud fontes, unde bibit pater Ennius, *quibus opponuntur* mollia prata, paruis rotis terenda **21** pr(a)escripto (perscripto N) seuecta est (est *om.* F L) pagina giro (*ex* uiro N) ω, *corr. Lipsius*; *tradita deff. B.-B. 268 (qui ἅπαξ admittere malunt, cum* seuehere *nusquam legatur, potius quam unam litteram libris manu scriptis adiungant) et Tränkle 62, qui* segredi *apud Tertull. anim. 18,2*

alter remus aquas alter tibi radat harenas,
  tutus eris: medio maxima turba mari est.'
dixerat, et plectro sedem mihi monstrat eburno,
  quo noua muscoso semita facta solo est.
hic erat affixis uiridis spelunca lapillis,
  pendebantque cauis tympana pumicibus,
orgia Musarum et Sileni patris imago
  fictilis et calami, Pan Tegeaee, tui;
et Veneris dominae uolucres, mea turba, columbae
  tingunt Gorgoneo punica rostra lacu;
diuerseque nouem sortitae iura Puellae
  exercent teneras in sua dona manus:

praetereaque secedere *uel* secludere *apud priscae aetatis scriptores confert; uide etiam Kambylis 138. Lipsii coniecturam tuentur Rothstein II 367, Sh. Bailey 140, Camps III 66. Quod adtinet ad* euehi *mediopass. transit., i. q.* transire, transgredi, egredi, *cf. ThLL V 2,1007,62sqq.* **22** cumba] turba L (*corr.* L²) P V², *haud dubie e u. 24*; *de metaphora cf. plurima exempla apud ThLL IV 1588,21–35; uide etiam Kambylis 154 adn. 96* **24** est *om.* F **26** qua F L P Δ; *cod. Neapolitani lectionem tuetur Sh. Bailey 141, coll. Varr. ling. 5,5* neque eo quo peruenire uolumus semitae tritae; *uide etiam Helm PhW 54 (1934) 784* **29** orgia] ergo ω (*def. Mulvany CIR 5 [1891] 433*) : organa *van Eldik, corr. Heinsius*; *cf. 3,1,4* Itala ... orgia, *Aristoph. Ran. 356* γενναίων ὄργια Μουσῶν, *AP 2,303* Λατινίδος ὄργια Μούσης, *Stat. silu. 5,5,3sq.* qua uestra sorores / orgia, Pieriae, quas incestauimus aras *et de re Maass Herm. 31 (1896) 384 adn. 4* **30** patege(a)e N P Vo L² : panetegee F : pane tege(a)e D V, *corr.* V² **31** mea turba] mea cura ς *(et Passerat)*; *sed cf. 4,11,76 et in eadem hexametri sede Ouid. ars 3,811* ite nunc, mea turba, puellae, *Stat. silu. 1,1,95* cum superis terrena placent, tua turba relicto *etc.*; *de re cf. Kambylis 171sq.* **32** gorgonico F (*corr.* F⁴) D V (*corr.* V²) : gorgonio L nostra N F L P D (*corr.* F⁴ P²) **33** diuersaeque ω : et diuersa ς, *corr. Baehrens* (diuerseque = diuersis locis, separatim) iura] rura ω (*quod frustra def. Maass Herm. 31 [1896] 382 adn. 2*), *corr.* ς; *cf. B.-B. 269*

haec hederas legit in thyrsos, haec carmina neruis
  aptat, at illa manu texit utraque rosam.
e quarum numero me contigit una dearum
  (ut reor a facie, Calliopea fuit):
'Contentus niueis semper uectabere cycnis,
  nec te fortis equi ducet ad arma sonus.
nil tibi sit rauco praeconia classica cornu
  flare, nec Aonium tingere Marte nemus;
aut quibus in campis Mariano proelia signo
  stent et Teutonicas Roma refringat opes,
barbarus aut Sueuo perfusus sanguine Rhenus
  saucia maerenti corpora uectet aqua.
quippe coronatos alienum ad limen amantis
  nocturnaeque canes ebria signa fugae,
ut per te clausas sciat excantare puellas,
  qui uolet austeros arte ferire uiros.'
talia Calliope, lymphisque a fonte petitis
  ora Philitea nostra rigauit aqua.

4

Arma deus Caesar dites meditatur ad Indos,
  et freta gemmiferi findere classe maris.

36 et F **41** praeconica F Δ **42** flere ω (*prob. Rothstein II 27*), *corr. Fruter*; *cf. Mart. 11,3,8* Pieria proelia flare tuba cingere Vo V^2 (*prob. Camps III 68; fort. recte: cf. Ouid. trist. 5,2,69* finitimo cinctus premor undique Marte, *Claud. 24,200* cingas iure forum; *uide tamen Sh. Bailey 141, qui* Marte *pro* bellantium cruore *interpretatur, et Kambylis 179*) **45** Sueuo] s(a)euo ω, *corr.* ς **46** nectet F : nectat P **47** coronatas F (*corr.* F^2) L P

4 de triumpho caesaris L D V : de triumpho quartum capitulum F : uaticinatur de triumpho habendo a caesare P

magna, uiri, merces! parat ultima terra triumphos;
  Tigris et Euphrates sub tua iura fluent;
sera, sed Ausoniis ueniet prouincia uirgis;
  assuescent Latio Partha tropaea Ioui.
ite agite, expertae bello date lintea prorae
  et solitum, armigeri, ducite munus equi!
omina fausta cano: Crassos clademque piate!
  ite et Romanae consulite historiae!
Mars pater et sacrae fatalia lumina Vestae,
  ante meos obitus sit precor illa dies,
qua uideam, spoliis onerato[s] Caesaris axe[s],
  ad uulgi plausus saepe resistere equos,

3 uiri] uiae *uel* uiris *Heinsius, prob. Camps III 69 (sed cf. Hanslik WSt 80 [1967] 185)*; *allocutionis mutatio (u. 3* uiri, *u. 4* tua *) saepe apud Propertium occurrit* **4** Thybris ... fluet *Housman olim* (*Class. Pap. 247; uide contra ad Lucan. 8,251*); *sed cf. B.-B. 270* sua P^2 *in mg.* (*prob. Broukhusius; sed cf. Housman Class. Pap. 247*) : noua *Heinsius* (*prob. Luck 400, coll. 1,6,20*) sub iuga uestra *Postgate*; *cf. tamen Hanslik WSt 80 (1967) 185* **5** Seres et (Seras et ... ueniet *Gulielmius*) ... uenient *Heinsius*; *sed cf. Tib. 1,9,4* sera tamen tacitis Poena uenit pedibus, *Enk Comm. crit. 214, K.-St. I 236* **8** et solitum, armigeri, ducite *sic dist. Hanslik WSt 80 (1967) 187* **9** omnia N F L D Vo; *cf. Cairns Gen. Comp. 186* **11** sanctae *Postgate*; *tradita deff. B.-B. 270, qui* Vestae *pro* Vestae ignis *interpretantur, adiectiuum* sacer *ad deum referri non posse rati; recte tamen Sh. Bailey 141 confert Stat. Theb. 12,584* nec sacer inuideat paribus Tirynthius actis, *Val. Fl. 2,37* rupto sonuit sacer aequore Titan **13** oneratos ... axis ω, *corr. Muretus*; *asyndeti exempla apud Propertium a B.-B. 271 allata (3,9,54; 3,12,34; 3,22,9. 25) longe alia sunt* **14** ac ... plausu *Barth (praeeunte cod. Bonon. Bibl. Vniu. 2740)*; *sed* ac *perraro utitur Propertius (in nexu* ac ueluti; *cf. praeterea 3,6,13; 3,10,13; 4,1,36 et Sh. Bailey 142) post u.* 14 *distichon excidisse putat Sh. Bailey,* 17–18 *transt. Keil* (*sed cf. Sh. Bailey 142*)

inque sinu carae nixus spectare puellae
incipiam et titulis oppida capta legam,
tela fugacis equi et bracati militis arcus
et subter captos arma sedere duces!
ipsa tuam serua prolem, Venus: hoc sit in aeuum,
cernis ab Aenea quod superesse caput.
praeda sit haec illis, quorum meruere labores:
me sat erit Sacra plaudere posse Via.

5

Pacis Amor deus est, pacem ueneramur amantes:
stant mihi cum domina proelia dura mea.
nec tamen inuiso pectus mihi carpitur auro,
nec bibit e gemma diuite nostra sitis,

16 *post hunc uersum distichon excidisse putat Richmond* **17** tela] frena *Sh. Bailey, coll. Ouid. epist. 4,46* torquentem frenis ora fugacis equi; *uide tamen Camps III 71* **18** et] haec *Richmond*; *cf. Housman ad Manil. 1,245* **19–20** *post u.* 10 *transt. Carutti, post u.* 2 *Richmond* **19** prolem serua F L P D V (*transt.* V²); *cf. Housman Class. Pap. 255* **22** mi ς sacra] media F P D : *om.* L

5 **1** ad amicam iratam F L D V : laudat pacem spernit auiditatem habendi opes laudat studium poesis et philosophie P : *priori coniungit Muretus* **2** stat Vo : sat *Liuineius*; sat *nonnulli accipiunt (cf. Rothstein II 33, B.-B. 271, Camps III 73); cf. tamen Ingvarsson Er 53 (1955) 165–171, qui* stant *def., coll. 3,19,20; 3,22,22; Liu. 8,38,10; 29,2,15; Val. Fl. 7,354. De nexu* stant ... proelia *cf. 3,3,43sq., Liu. 7,7,7, Curt. 7,4,33, Sil. 4,274, Tert. adu. Marc. 2,27, Amm. 19,8,2 et Sh. Bailey ClQ 41 (1947) 91sq.* **3** tamen] tantum *Lachmann, cuius sententia (p. 244) "non tam auarum se esse dicit, ut opum congerendarum causa militiam optet"; probb. B.-B. 271: sed cf. Risberg, Emendationes et explicationes Propertianae, Vpsaliae 1895, 31sq., Camps III 73* **3** *et* **5** *inter se mut. Carutti*

nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur,
nec miser aera paro clade, Corinthe, tua.
o prima infelix fingenti terra Prometheo!
ille parum caute pectoris egit opus.
corpora disponens mentem non uidit in arte:
recta animi primum debuit esse uia.
nunc maris in tantum uento iactamur et hostem
quaerimus atque armis nectimus arma noua.
haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
nudus at inferna[s], stulte, uehere rate[s].

6 misera *Acidalius, non improbante Sh. Bailey 143* : mixta *Ruhnken* : mira *Palmer*; *tradita recte interpretatur Camps III 73* aere N : ire F L P Δ, *corr.* F⁴; *cf. K.-St. I 73* clade] pace F (*corr.* F⁴) : classe L P Δ **7** frangenti N (*quod frustra defendere conatur Rothstein II 35*) : frugenti F; *quod adtinet ad uerbalem uocem* fingere *de Prometheo dictam cf. Ouid. met. 1,83; Phaedr. 4,15,6; Mart. 9,45,8; 10,39,4; Claud. 8,232* **8** cauti P² (*prob. Enk Comm. crit. 218, B.-B. 272*); *sed nihil mutandum: cf. Camps III 73* **9** in arte] in arce *uel* inertem ς : in arto *Housman* non addidit arti *Heinsius* : non indit in arcem *Postgate* : non indidit ante *Baehrens* : non diuidit ante *Thompson*; *tradita def. Sh. Bailey 144, qui de* uidit = curauit *Cic. Quinct. 55* uiderint, inquit, ista officia uiri boni *et de nexu* in arte *Prop. 2,3,42, Plin. nat. 34,58 confert* **11** uento] ponto *Housman* **12** nectimus] qu(a)erimus F L P D (*corr.* F⁴ P²); *cf. Lucr. 5,1202* nec uotis nectere uota arma] ora F L P (*corr.* F⁴ P²) **13** ad undas] ad umbras *Floril. Vat. Reg. Lat. 2120* **14** ad infernas ... rates ω (*sed cf. B.-B. 272*) : ab inferna ... rate ς (*prob. Camps III 74, coll. Ouid. Ib. 586; cf. etiam Sh. Bailey 114*) : ad infernos ... rate *Palmer* : in inferna ... rate *Barber, corr. Schrader* (*prob. Luck RhM 105 [1962] 348sq.*); *de* at *postposito cf. ThLL II 992,66sqq.*

uictor cum uictis pariter miscebitur umbris:
consule cum Mario, capte Iugurtha, sedes.
Lydus Dulichio non distat Croesus ab Iro:
optima mors, Parcae quae uenit acta die.
me iuuet in prima coluisse Helicona iuuenta
Musarumque choris implicuisse manus:
me iuuet et multo mentem uincire Lyaeo
et caput in uerna semper habere rosa.
atque ubi iam Venerem grauis interceperit aetas,
sparserit et nigras alba senecta comas,
tum mihi naturae libeat perdiscere mores,
quis deus hanc mundi temperet arte domum,
qua uenit exoriens, qua deficit, unde coactis
cornibus in plenum menstrua luna redit,
unde salo superant uenti, quid flamine captet
Eurus, et in nubes unde perennis aqua,
sit uentura dies mundi quae subruat arces,
purpureus pluuias cur bibit arcus aquas,

15 uictrix *Postgate* miscetur in umbris *Housman*; *tradita def. Sh. Bailey 145, coll. Mart. 7,40,1–4* hic iacet ille senex . . . / natorum pietas sanctis quem coniugis umbris / miscuit **18** parca N L P Δ F^4 : parta *ex* parte F : tarda *Guyet* : carpta *Baehrens* : rapta *Otto* (*probb. B.-B. 272, coll. Cic. de orat. 3, 162*), *corr. Lachmann*; Parcae (*i. e.* Parcarum: *de sing. cf. Hor. carm. 2,16,39*) dies *idem ualet ac* dies fatalis, morti destinata: *cf. Verg. Aen. 12,150* Parcarum . . . dies. *De tota re optime disserit Sh. Bailey 145* apta Δ F *in ras.* P^2; *sed cf. 3,7,30* ista per humanas mors uenit acta manus **19** iuuat ω, *corr. Bürger*; *cf. enim u. 21. 25; 2,13,11* me iuuet in gremio doctae legisse puellae **21** iuuat P Δ **24** sparsit et F L P : sparserit (*sine* et) Δ P^2 (*cf. Housman Class. Pap. 287*) nigras] integras ω, *corr.* ς; *cf. Anacr. frg. 89 D. (= 77 Gentili)* εὖτέ μοι λευκαὶ μελαίνης ἀναμεμείξονται τρίχες **29** captat *Francius*; *sed cf. 2,16,29sq.; 2,30,29sq.; 2,34,34sqq.* **31** sit] si *codd. Passeratii*; *cf. K.-St. II 502, H.-Sz. 461. 542* artes L P (*corr.* P^2) : arem F : arcem D F^4;

aut cur Perrhaebi tremuere cacumina Pindi,
solis et atratis luxerit orbis equis,
cur serus uersare boues et plaustra Bootes,
Pleiadum spisso cur coit igne chorus,
curue suos finis altum non exeat aequor,
plenus et in partis quattuor annus eat,
sub terris sint iura deum et tormenta nocentum,
Tisiphones atro si furit angue caput,
aut Alcmaeoniae furiae aut ieiunia Phinei,
num rota, num scopuli, num sitis inter aquas,
num tribus infernum custodit faucibus antrum
Cerberus, et Tityo iugera pauca nouem,

de plur. cf. Camps III 77 plurimaque exempla ap. ThLL II 742,68sqq.
34 attractis F P D V L^2 : attratis F^2 P^2 V^2 : auratis F^4; *cf. Lucr. 5,751sqq., Tib. 2,5,76, Rothstein II 39* **35** cur seros N : cur ue ferus P (*corr.* P^2) : cur senis Vo; *cf. Hom. Od. 5,272, Q. Cic. carm. frg. 20 M., Catull. 66,67, Ouid. met. 2,176, Germ. 139, Sen. Med. 315, Octauia 234, Claud. 21, 123* flamma boon N : flamma palustra F (*sed* flamma *del. et* boothes *ad fin. uers. scripsit* F^4) L : plaustra boet(h)es P *in ras.* Vo; *cf. Gaetul. carm. frg. 3 M.* sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes *aliaque exempla ap. ThLL II 2129,5–10*; *cf. etiam Enk Mn S. IV 2 (1949) 160sq., Sh. Bailey 146* cur seros uersare boues it flamma Bootae *Rothstein* (*cf. Leo Kl. Schr. II 187*) : cur serus uersare Bootes flammea plostra *Leo*; *sed cf. Housman Class. Pap. 287sq.* **39** sunt Vo V^2; *cf. app. ad u. 31* (sit) nocentum] gigantum F L P Δ (*deff. Maass Herm. 31 [1896] 433, B.-B. 273*) : *om.* N : reorum *Housman* (*Class. Pap. 280sq., coll. Ouid. Ib. 187*), *corr. Lobeck*; *cf. Stat. silu. 2,7,116–118* seu magna sacer et superbus umbra / noscis Tartaron et procul nocentum / audis uerbera *et uide Haupt Opusc. II 57, Leo RhM 35 (1880) 445sq., Rothstein II 367* **40** *et* **42** *inter se mut. Housman* **42–43** non . . . non . . . non . . . non . . . non N : num (non L^2) . . . non . . . non . . . non L

an ficta in miseras descendit fabula gentis,
  et timor haud ultra quam rogus esse potest.
exitus hic uitae superest mihi: uos, quibus arma
  grata magis, Crassi signa referte domum!

6

Dic mihi de nostra quae sentis uera puella:
  sic tibi sint dominae, Lygdame, dempta iuga.
num me laetitia tumefactum fallis inani,
  haec referens, quae me credere uelle putas?
omnis enim debet sine uano nuntius esse,
  maioremque timens seruus habere fidem.
nunc mihi, si qua tenes, ab origine dicere prima
  incipe: suspensis auribus ista bibam.
sicin eam incomptis uidisti flere capillis?
  illius ex oculis multa cadebat aqua?

46 haut N : aut F L P Δ, *corr.* ς **47** superet ς; *cf. Rothstein II 367*

6 ad (*om.* L) ligdamum F L D V : ad ligdamum de amica nata interrogatio et de uerbis ab ea prolatis P **2** si P D V L^2; *cf. Tränkle 166* **3–4** *post u.* 8 *transt. Housman* **3** non N : dum F L P Δ : tu *Fruter* : cur *Heinsius, corr.* ς; *cf. Sh. Bailey ClQ 47 (1953) 124* **5–6** *del. Lachmann* **5** siue uanus F (*corr.* F^4) : sine uanus L : sine uanis P V (*corr.* V^2) L^2 D^2; sine uano *idem ualet ac* sine mendacio: *cf. 1,10,24* pro uano, *Liu. 33,31,4* ex uano nuntius esse] esse F (nuntius *add. in mg.* F^4) L : esse relator P V L^2 D^2 **7** non N **9** si eam N : sicut eam F L P Δ : siccine eam *ed. Aldina* (*prob. Rothstein II 43; cf. etiam Tränkle 156*) : sic erat? *Phillimore* : sicine eram *Damsté* : sicin eram *Barber, corr. Baehrens* (sicin *iam* ς); sicin eam *improbant B.-B. 273, propter seriem* eam . . . illius; *quod iure refellit Sh. Bailey 147, coll. Val. Fl. 6,115sqq.* eum . . . illius, *Sen. suas. 1,8* eius . . . illi

nec speculum strato uidisti, Lygdame, lecto
  scriniaque ad lecti clausa iacere pedes
ac maestam teneris uestem pendere lacertis?
  ornabat niueas nullane gemma manus?
tristis erat domus, et tristes sua pensa ministrae
  carpebant, medio nebat et ipsa loco,
umidaque impressa siccabat lumina lana,
  rettulit et querulo iurgia nostra sono?
'Haec te teste mihi promissa est, Lygdame, merces?
  est poena e⟨t⟩ seruo rumpere teste fidem.
ille potest nullo miseram me linquere facto
  et qualem nolo dicere habere domi!
gaudet me uacuo solam tabescere lecto:
  si placet, insultet, Lygdame, morte mea!
non me moribus illa, sed herbis improba uicit:
  staminea rhombi ducitur ille rota;
illum turgentis ranae portenta rubetae
  et lecta exsuctis anguibus ossa trahunt

11 in strato *Heinsius* **13** at ς **12** *et* **14** *inter se mut. Suringar* (*prob. Sh. Bailey 148*) **20** est poenae ω : nec poena est *Fontein, corr. Sh. Bailey 148* (*coll. 3,13,38* nec fuerat nudas poena uidere deas) **21** nullo . . . fato (*uel* pacto) ς; *sed cf. ThLL VI 127,16sqq.* **22** et qualem nullo N : (a)equalem nulla F L P Δ : aequalem nullam *Heinsius, corr. Palmer*; *cf. Catull. 67,45sq.* praeterea addebat quendam, quem dicere nolo / nomine, *Iuuen. 8,275* aut pastor fuit aut illud quod dicere nolo domo ω (*cf. fortasse H.-Sz. 145, ThLL V 1, 1962,29sqq.*), *corr. cod. Vat. Pal. 910*; *cf. enim Q. Cic. pet. 8* amicam quam domi palam haberet, *Auson. carm. 78,2 p. 341 P.* Castor nec posset uulgus habere domi; *uide etiam Housman Class. Pap. 243, Bausch 12* **26** bombi N : rumbi F L P D V (*corr.* V^2); *cf. Gow ad Theocr. 2,30* **28** exectis N L Δ : ex sectis P : exactis F : exsectis F^4 : e sectis *Delrio, corr. Burman*; *uide app. edit. Klingnerianae ad Hor.*

et strigis inuentae per busta iacentia plumae
cinctaque funesto lanea uitta toro.
si non uana canunt mea somnia, Lygdame, testor,
poena erit ante meos sera sed ampla pedes,
putris et in uacuo texetur aranea lecto:
noctibus illorum dormiet ipsa Venus.'
quae tibi si ueris animis est questa puella,
hac eadem rursus, Lygdame, curre uia,
et mea cum multis lacrimis mandata reporta,
iram, non fraudes esse in amore meo,
me quoque consimili impositum torquerier igni:
iurabo bis sex integer esse dies.
quod mihi si e tanto felix concordia bello
exstiterit, per me, Lygdame, liber eris.

epod. 5,37 et Bentley, Q. Horatius Flaccus, 1³, Berolini 1869,286; exsectis *def. Sh. Bailey ClQ 43 (1949) 27* exsertis unguibus *Mitscherlich*
29 tacentia *Palmier* : latentia *Passerat* **30** tincta et *Havet* : tinctaque *Barber* : cleptaque *Sh. Bailey* : demptaque *Smyth*; *sed cf. B.-B. 275, Camps III 81* uita N L : uicta F Vo toro] uiro ω (*quod nonnulli deff., coll. Ouid. Ib. 103sq.* tu quoque quid dubitas ferales sumere uittas? / iam stat, ut ipse uides, funeris ara tibi); *corr. Heinsius, qui et* rogo *coni.*; *de re maxime dubia cf. Sh. Bailey 149* **31** cadunt D Vo V²; *cf. Rothstein II 47* **36** haec D V (*corr.* V²) cursu D V (*corr.* V²) **39** consimili] consuli N torrerier *Palmier*; *fort. recte: cf. 3,24,13* correptus saeuo Veneris torrebar aeno; *uide tamen Rothstein II 47sq., Tränkle 167sq.* igni: *sic dist. Vahlen* **40** esse] ipse *Housman*; *cf. K.-St. I 702, H.-Sz. 364* **41** quod nisi et tanto N : quid mihi si tanto F L P D V : quod mihi si tanto Vo F⁴ P² V² : quod mi si e tanto *Palmier* (*cf. Enk Comm. crit. 224*) : quodsin e tanto *L. Müller, corr. Lachmann*; *cf. Liu. 1,13,6* ex bello tam tristi laeta repente pax, *Rothstein II 48*

7

Ergo sollicitae tu causa, pecunia, uitae!
per te immaturum mortis adimus iter;
tu uitiis hominum crudelia pabula praebes,
semina curarum de capite orta tuo.
tu Paetum ad Pharios tendentem lintea portus
obruis insano terque quaterque mari.
nam dum te sequitur, primo miser excidit aeuo
et noua longinquis piscibus esca natat.
et mater non iusta piae dare debita terrae
nec pote cognatos inter humare rogos,
sed tua nunc uolucres astant super ossa marinae,
nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare est.
infelix Aquilo, raptae timor Orithyiae,
quae spolia ex illo tanta fuere tibi?
aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina?
portabat sanctos alueus ille uiros.
Paete, quid aetatem numeras? quid cara natanti
mater in ore tibi est? non habet unda deos.

7 de morte p(a)eti et malo auaritiae D V L² : queritur de morte peti naufragio defuncti P : *priori coniung.* F L; *uersuum ordinem multis modis mutauerunt edd.: cf. Smyth Thes. crit. 96* **1** ergone ς; *sed cf. idem elegiae initium ap. Prop. 3,23,1; uide etiam Norden Aen. 253, H.-Sz. 511* uit(a)e es P Δ F⁴; *cf. Leo Plaut. Forsch. 359 adn. 4* **2** *et* **4** *inter se mut. Brandt*; *cf. tamen Vahlen Ges. Phil. Schr. II 162* **2** immaturae *Lipsius*; *cf. ThLL VII 1,445,81sq* **9** at ς **12** est *om.* F P (*add.* F⁴ P²); *cf. app. ad 2,34,55* **13–16** *post u.* 24 *transt. Otto* **13** timor] memor ς : immemor *Heinsius*; *cf. u. 28; 1,2,17; 1,18,15; 1,20,6; H.-Sz. 746 et exempla uocis* timor = causa timoris *a Sh. Bailey 298 allata* **17–18** *post u.* 36 *transt. Scaliger, post u.* 32 *Liuineius*; *cf. tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 275* **17** memoras *Schrader*; *quod adtinet ad* numerare aetatem *i. q.*

nam tibi nocturnis ad saxa ligata procellis
  omnia detrito uincula fune cadunt.
reddite corpus humo, posita est in gurgite uita;
  Paetum sponte tua, uilis harena, tegas;
et quotiens Paeti transibit nauta sepulcrum,
  dicat 'Et audaci tu timor esse potes.'
ite, rates curuas et leti texite causas:
  ista per humanas mors uenit acta manus.
terra parum fuerat, fatis adiecimus undas:
  Fortunae miseras auximus arte uias.

numerare annos *cf. Auson. epigr. 40,8 P.* scire aeui meritum, non numerare decet, *Anth. Lat. 344,3 R.* tantam dum numeres longaeua aetate senectam *et Sh. Bailey 150; cf. etiam Epiced. Drusi 447* quid numeras annos? uixi maturior annis *et Rothstein II 52*

20 *post hunc uersum lacunam statuit Heinsius* **25** *ante hunc uersum lac. stat. Sh. Bailey* : 25–28 *post u.* 16 *transt. Kuinoel, post u.* 70 *Scaliger*; *de re cf. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 160–162* humo] aquae *Damsté* posita est] positaque F L P Δ (*def. Housman Class. Pap. 281*); *sed cf. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 171–174* reddite corpus humo, posita ui, gurgitis alta *Sandbach* (*ne allocutio subiecto careat; iure tamen de allocutione ad undas cogitat Vahlen Ges. Phil. Schr. II 171; cf. enim u. 18* unda *et Val. Fl. 8,349* uos modo uel solum hoc, fluctus, expellite corpus) **26** uilis] mollis *Markland* (*prob. Hartman Mn 50 [1922] 197*); *tradita def. Sh. Bailey 151, coll. Claud. 3,371, Anth. Lat. 210,4 R., Ven. Fort. carm. 2,14,22, ubi* uilis *dicitur* harena **29** curu(a)e ω : curuate *Peskett et Lendrum* (*prob. Camps III 85; cf. tamen Sh. Bailey 151*), *corr. Passerat*; *cf. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 175, Leo Plaut. Forsch. 359 adn. 3, Rothstein II 56* leti contexite (V^2) causam ς : leti praetexite causas *Fischer*; *cf. Verg. Aen. 11,326* bis denas Italo texamus robore nauis, *Sil. 11,586* texamus mille carinas **30** iusta *Damsté*; *sed cf. Rothstein II 56* **31** *post* fuerat *dist.* ς, *post* fatis *Lipsius*

ancora te teneat, quem non tenuere penates?
  quid meritum dicas, cui sua terra parum est?
uentorum est, quodcumque paras: haud ulla carina
  consenuit, fallit portus et ipse fidem.
natura insidians pontum substrauit auaris:
  ut tibi succedat, uix semel esse potest.
sunt Agamemnonias testantia litora curas,
  quae notat Argynni poena minantis aquae:
hoc iuuene amisso classem non soluit Atrides,
  pro qua mactata est Iphigenia mora.
saxa triumphalis fregere Capherea puppis,
  naufraga cum uasto Graecia tracta salo est.
paulatim socium iacturam fleuit Vlixes,
  in mare cui soli⟨ti⟩ non ualuere doli.
quod si contentus patrio boue uerteret agros
  uerbaque duxisset pondus habere mea,

33 quam F (*ex* quem) L P **37** insidias ς; *cf. ThLL VII 1,1895,43sqq.* **21–24** *post u.* 38 *transt. Muretus* (*quem dubitanter secutus sum; cf. enim B.-B. 277*) : *post u.* 36 *transt. Scaliger* : *del. ed. Eton.*; *ordinem traditum def. Nethercut Herm. 99 (1971) 248–251; cf. etiam Alfonsi Herm. 81 (1953) 381–383, Robertson TAPhA 100 (1969) 384sq.* **22** qua N L P D Vo : quas *Passerat*; *cf. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 168, B.-B. 278* natat F^4 : nota ς agynni N : argiuni F : argiuum D V (*corr.* V^2) natantis Vo V^2 : minacis *Lachmann* : Mimantis *Ellis* aquas ς poena Athamantiadae *Hertzberg* (*prob. Camps III 85; cf. tamen Vahlen Ges. Phil. Schr. II 168, Nethercut Herm. 99 [1971] 248–251*) **23** nec F (*corr.* F^4) L P D : hic *Lachmann* : heu *Damsté*; *de* hoc *pro enuntiato relatiuo cf. 3,12,30* **39** capharea ω; *ipse correxi, coll. ThLL Onom. II 156,17sqq.* **42** soli ω (*quod frustra deff. W. A. Baehrens Ph 72 [1913] 264sq., Rothstein II 57*) : noti *Knauth, corr.* ς (*qui et* solum *coni.*); *cf. Anth. Lat. 637,11sq. R.* sanguine Sisyphio generatus uenit Vlixes / et tutos solita praestitit arte uiros **43** patrios *Heinsius*; *cf. Rothstein II 57* **44** dixisset F (*corr.* F^4) L P

uiueret ante suos dulcis conuiua Penatis,
  pauper, at in terra nil nisi fleret opes.
non tulit haec Paetus, stridorem audire procellae
  et duro teneras laedere fune manus;
sed thyio thalamo aut Oricia terebintho
  ecfultum pluma uersicolore caput.
hunc paruo ferri uidit nox improba ligno
  et miser inuisam traxit hiatus aquam;
huic fluctus uiuo radicitus abstulit unguis;
  Paetus ut occideret, tot coiere mala.

45 ante suos biberet *Phillimore* **46** et P Δ interea F (*corr.* F^2) nil ubi flere potest N F (*et* F^4) L P Vo (*deff. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 177, Rothstein II 58; sed* nisi *et* ubi *in codicibus confunduntur ap. Cic. fin. 2,44, Lucan. 9,578; cf. Housman Class. Pap. 273*) : nil nisi flere potest D V F^3 : nil, ubi flere, potes *Phillimore* : nil, ubi fleris, opes *Foster* : nil, ubi flere pote, est *Pasoli*; *corr. Baehrens, probb. Housman Class. Pap. 273 (coll. Ouid. fast. 2,302; 3,56; Ib. 420), Sh. Bailey 153, qui Calp. ecl. 4,34* tu nostras miseratus opes *confert* **47** num tulit *Phillimore* : nunc tulit *Barber* : noluit *O. Skutsch*; *tradita deff. Gildersleeve AJPh 4 (1883) 210 (qui* non tulit = οὐκ ἔτλη, *i. e.* non is fuit qui ferret *interpretatur), Smyth ClQ 41 (1951) 74-79; cf. etiam Sh. Bailey 153* (non tulit = non sustinuit), *K.-St. I 675* non tulerat (tulerit *iam Heinsius*) Paetus *Sh. Bailey dub.* hoc F : hunc L P Δ : hic ς (*prob. Camps III 87; cf. tamen Gildersleeve AJPh 4 [1883] 209*) **48** *post hunc uersum lac. stat. Canter* **49** sed] seu *Barber*; *sed cf. Robertson TAPhA 100 (1969) 384* chio *uel* chyo ω (*def. Hårleman Er 28 [1930] 100-102, coll. Cic. diu. 2, 21, Verg. Aen. 4,391sq., Plin. nat. 36,5*), *corr. Santen* (thyiae *iam Itali*); *cf. Rothstein II 368* calamo F L P V Vo : ad calamum F^4 orythia (*uel* corythia *uel sim.*) ω, *corr.* ς; *cf. Verg. Aen. 10,136* inclusum buxo aut Oricia terebintho, *Norden Aen. 438* **50** et fultum N L P Δ F^4 : furtum F : effultum ς *et Beroaldus* (*def. Hårleman Er 28 [1930] 102, coll. Verg. Aen. 7,94; 8,368; Mart. 3,82,7*) : est fultum *Palmer, corr. Jones* **51** *et* **53** *inter se mut. Fischer*, **51-52** *et* **53-54** *Smyth* **52** inuitam F D V (*corr.* F^4 V^2); *sed cf. ThLL VII 2,192,8sqq.* et miserum inuita traxit hiatus aqua *Lachmann* **51** uiuos *Palmier* **57** et quos *J. H. Voss*; *cf. tamen Sh. Bailey 154, ThLL V 2,877,18-53*

flens tamen extremis dedit haec mandata querelis,
  cum moribunda niger clauderet ora liquor:
'Di maris Aegaei, quos sunt penes aequora, uenti,
  et quaecumque meum degrauat unda caput,
quo rapitis miseros primae lanuginis annos?
  attulimus longas in freta uestra manus.
a miser alcyonum scopulis affligar acutis!
  in me caeruleo fuscina sumpta deo est!
at saltem Italiae regionibus euehat aestus:
  hoc de me sat erit si modo matris erit.'
subtrahit haec fantem torta uertigine fluctus;
  ultima quae Paeto uoxque diesque fuit.
o centum aequoreae Nereo genitore puellae,
  et tu materno tracta dolore Theti[s];
uos decuit lasso supponere bracchia mento:
  non poterat uestras ille grauare manus.
at tu, saeue Aquilo, numquam mea uela uidebis:
  ante fores dominae condar oportet iners.

60 haud tulimus *Heinsius* : an tulimus *Arntzen* : at tulimus *Smyth* sanctas *Waardenburgh* comas *Oudendorp* (*fort. recte: cf. enim 4,6,31* non ille attulerat crines in colla solutos); *tradita deff. B.-B. 279, Smyth ClQ 45 (1951) 78; sed cf. Sh. Bailey 154. Et* longas *et* manus *dubitanter accepi; nulla enim interpretatio mihi persuasit* **61** affligor D V : affigar ς; *sed cf. Cic. Rab. Post. 25* **63** aduehat *uel* auehat ς : inuehat *Barber* (*coll. Curt. 9,2,27*); *sed cf. Sh. Bailey ClQ 39 (1945) 121, ThLL V 2,1007,44-55* **66** ultimaque haec *Beroaldus*; *cf. tamen 2,13,34, Rothstein II 61* noxque F L P D V (*corr.* V^2) **68** tacta Vo V^2 (*fort. recte: cf. enim Enk Comm. crit. 230*) : fracta *Heinsius*; *uide Sh. Bailey 155* thetis N F^4 P^2 V^2 *in ras.* : thethis Vo : petis L P : pedis F D, *corr. Puccius*; *cf. Housman ad Lucan. 8,251* **69** lapso Vo V^2; *cf. Ouid. Pont. 2,3,29; 2,6,14*

8

Dulcis ad hesternas fuerat mihi rixa lucernas,
uocis et insanae tot maledicta tuae,
cum furibunda mero mensam propellis et in me
proicis insana cymbia plena manu.
tu uero nostros audax inuade capillos
et mea formosis unguibus ora nota,
tu minitare oculos subiecta exurere flamma,
fac mea rescisso pectora nuda sinu!
nimirum ueri dantur mihi signa caloris:
nam sine amore graui femina nulla dolet.
quae mulier rabida iactat conuicia lingua,
haec Veneris magnae uoluitur ante pedes.

8 ad amicam in cena ebriam P : *priori coniung.* F L D V **1** hex ternas L : externas D V (*cf. ThLL VI 3,2667,54sqq.*) : extremas Vo V^2 **2** *aut hic* iratae *aut in u. 4* irata *Camps*; *sed eadem iterationum exempla inuenire possumus ap. Prop. 1,2,9–11; 1,4,5–7; 1,10,1–3; 3,4,16–18; 3,8,18sq.; 3,9,37–39; 3,11,16sq. 19–21; 3,13,64sq.; 4,4,39sq.; cf. Sh. Bailey 9* insanae] iratae *Camps*; *cf. Ouid. epist. 11,74* insana regia uoce sonat, *Mart. 1,49,37* mereatur alius grande et insanum sophos **3** cur ω : dum *Broukhusius, corr. Beroaldus*; *cf. B.-B. 280* **4** insana] irata *Burman* : infesta *Palmer* : infensa *Postgate*; *cf. 1,6,16* insanis ora notet manibus, *Ouid. am. 3,6,58* pectoraque insana plangis aperta manu *et Rothstein II 63* **11** rabida] grauida ω (*fortasse ex u. 10* graui), *corr. Scaliger*; *sunt qui censeant uocem* grauida *sc.* conuiciis *retinendam esse, nullo tamen exemplo allato: cf. B.-B. 280; praeterea eadem corruptela inuenitur in codicibus Auiani (fab. 26,12)* **12** haec] et ω : aut *Schrader, corr. Liuineius*; et = etiam *def. Thörnell Er 25 (1927) 220sq., coll. 2,26,28* qui dare multa potest, multa et amare potest, *Liu. 41,14,6* ne Histri idem quod et Ligures facerent, *Sen. epist. 78,17* necesse est, ut exsurgit (*sc.* morbus), et desinat; *quod iure refellit Sh. Bailey 156* *post u.* 12 *lac. pos. Broukhusius*

custodum gregibus circa se stipat euntem,
seu sequitur medias, Maenas ut icta, uias,
seu timidam crebro dementia somnia terrent,
seu miseram in tabula picta puella mouet,
his ego tormentis animi sum uerus haruspex,
has didici certo saepe in amore notas.
non est certa fides, quam non in iurgia uertas:
hostibus eueniat lenta puella meis!
in morso aequales uideant mea uulnera collo:
me doceat liuor mecum habuisse meam.
aut in amore dolere uolo aut audire dolentem,
siue meas lacrimas siue uidere tuas,
tecta superciliis si quando uerba remittis,
aut tua cum digitis scripta silenda notas.

13–18 *del. Housman* **13** custodem L P D V : custodum et *Lachmann* circum ς : si qua (*sc.* uia) *Barber* se] seu *Lachmann* (seu quum *pro* circa se *coni. iam Muretus*), *prob. Camps III 90*; *tradita iure def., post B.-B. 280, Hubbard ClQ 62 (1968) 315sq., quae de* seu *omisso 2,26,34* prora cubile mihi seu mihi puppis erit, *K.-St. II 436 confert* **14** acta ς; *sed cf. Ps. Verg. Ciris 166, Ouid. ars 2,380, Phaedr. app. 6,6 aliaque exempla ap. ThLL VII 1,161,32sqq.* **16** miserum Δ **18** has] nam F (*corr.* F^4) L P D certas ς; *sed cf. Rothstein II 65* **19** qua F (*corr.* F^2) iniurgia N : iuria F : iniuria L P Δ F^2 uersat N L P Δ : uertat F, *corr. Vahlen* (*cf. etiam Housman Class. Pap. 243*) quae non in iurgia uertat *Phillimore* **21** immorso ς (*prob. Rothstein II 66; fort. recte: cf. enim ThLL VII 1,492,10sqq.*) **24** tuas . . . meas *Sandström* (*probb. B.-B. 280*) *post u.* 24 *lac. stat. L. Müller* : 25–26 *hic alienos esse censent multi post Dorville*; *cf. tamen E. Reitzenstein Wirkl. 61. 100sq.* **26** mea *Barber*; *sed cf. Ouid. am. 1,4,17–20* me specta nutusque meos uultumque loquacem:/ excipe furtiuas et refer ipse notas:/ uerba superciliis sine uoce loquentia dicam;/ uerba leges digitis, uerba notata mero; *adde Tib. 1,2,21sq.; 1,6,19sq.; Ouid. trist. 2,453sq. et de re uide Camps III 91* dicta *Guyet* : signa *Markland*; *sed cf. Auson. epist. 31,4 P.* nulla tua uidi scripta notata manu

odi ego quos numquam pungunt suspiria somnos:
semper in irata pallidus esse uelim.
dulcior ignis erat Paridi, cum Graia per arma
Tyndaridi⟨s⟩ poterat gaudia ferre suae:
dum uincunt Danai, dum restat barbarus Hector,
ille Helenae in gremio maxima bella gerit.
aut tecum aut pro te mihi cum riualibus arma
semper erunt: in te pax mihi nulla placet.
gaude, quod nulla est aeque formosa! doleres,
si qua foret: nunc sis iure superba licet!
at tibi, qui nostro nexisti retia lecto,
sit socer aeternum nec sine matre domus!
cui nunc si qua data est furandae copia noctis,
offensa[m] illa mihi, non tibi amica, dedit.

27 quae ω (*deff. B.-B. 280*) : cui *Baehrens* (*fort. recte*), *corr.* F^2; *cf. Camps III 92* rumpunt *Heinsius*; *sed cf. Rothstein II 67* **28** in irata] miratam F : in iratam L P Δ F^4; *cf. tamen Ouid. am. 3,6,25sq.* Inachus in Melie Bithynide pallidus isse / dicitur *aliaque exempla ap. Tränkle 91* **29** cum] quo D V (*corr.* D^2 V^2) grata ω, *corr. Palmier*; *tradita deff. Rothstein II 67, B.-B. 281, Camps III 92; cf. tamen Leo Kl. Schr. II 191, Sh. Bailey 157* **30** tyndaridi ω, *corr. cod. Paris. Lat. 7990 (probb. Phillimore ClR 29[1915] 44, Sh. Bailey 157, qui 2,8,17* Tithoni gaudia, *Ouid. met. 9,484* gaudia quanta tuli *confert*) **34** in te] uitae D V (*corr.* V^2); *cf. Tränkle 91* **35–40** *hic alienos esse censet Postgate* (*cf. B.-B. 281 et Camps III 89. 93, qui aliud carmen incipit*) : **35–36** *del. Burman, prob. Sh. Bailey 157sq.*; *sed nihil mutandum, ut dilucide ostendit Hubbard ClQ 62 (1968) 316; uide etiam Jacoby Kl. Schr. II 247sqq.* **37** ac L P (*corr.* P^2); *cf. ThLL II 995,1sqq.* nexisti P^{rec} *Prisc. gramm. II 536,15 K. et Diom. gramm. I 369,22 K.* (*qui perperam* nexisti retia lecto *Maecenati tribuit: cf. Keilii app. ad loc.*) : tendisti ω **40** offensam ω, *corr.* ς *(et Puccius)*; *cf. ThLL IX 2,493,34sqq.*

9

Maecenas, eques Etrusco de sanguine regum,
intra fortunam qui cupis esse tuam,
quid me scribendi tam uastum mittis in aequor?
non sunt apta meae grandia uela rati.
turpe est, quod nequeas, capiti committere pondus
et pressum inflexo mox dare terga genu.
omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,
palma nec ex aequo ducitur una iugo.
gloria Lysippo est animosa effingere signa;
exactis Calamis se mihi iactat equis;
in Veneris tabula summam sibi poscit Apelles;
Parrhasius parua uindicat arte locum;

9 ad m(a)ecenatem F L D V : ad mecenatem excusatio cur non scribat de aliquibus gestis urbis ad quae scribenda mecenas ipsum inuitauerat P **2** inter F (*corr.* F^4) D : infra *Liuineius*; *sed cf. Ouid. trist. 3,4,25, Sen. pat. contr. exc. 4,3,1, Sen. fil. epist. 19,5, Sil. 14,465 aliaque exempla ap. ThLL VII 2,37. 55sqq.; uide etiam Sh. Bailey 158* tua F L D V (*corr.* F^2 V^2) **7** rebus *Eyb* : raro *Ayrmann*; *cf. tamen K.-St. I 428, H.-Sz. 56, Sh. Bailey 158* **8** flamma N F P V Vo (*perperam prob. Rothstein II 70; cf. contra Sh. Bailey 159*) : flamina L D, *corr.* ς, *qui et* fama *coni.* ex uno *Guyet* : ex imo *Heinsius* : exiguo *Damsté*; *sed cf. Camps III 94, Abel RhM 105 (1962) 286* ulla ω, *corr.* ς; ulla *deff. B.-B. 282; sed cf. Jones ClR 68 (1954) 98, Sh. Bailey 159* rogo F^2 P^2; *sed cf. 4,10,4* non iuuat e facili lecta corona iugo, *Lucr. 1,118* (Ennius) detulit ex Helicone perenni fronde coronam **9** animata *Heinsius*; animosa *perperam interpretatur Vollmer ThLL II 89, 2sq.: cf. Rothstein II 70. 369* fingere F L P Δ : ecfingere *Housman* (*prob. Jones ClR 68 [1954] 99; sed de scriptura cf. ThLL V 2,185,5 et de notione ibid. 24sqq.*) **10** calamus ω, *corr.* ς **11** posita F L : ponit Vo F^4 V^2; *cf. Varr. ap. Non. 596,5–7 L.* poscere, accipere. Varro Parmenone: "in quibus partibus, in argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus"

argumenta magis sunt Mentoris addita formae;
at Myos exiguum flectit acanthus iter;
Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno;
Praxitelen propria uendit ab urbe lapis.
est quibus Eleae concurrit palma quadrigae,
est quibus in celeres gloria nata pedes;
hic satus ad pacem, hic castrensibus utilis armis:
naturae sequitur semina quisque suae.
at tua, Maecenas, uitae praecepta recepi,
cogor et exemplis te superare tuis.
cum tibi Romano dominas in honore securis
et liceat medio ponere iura foro,
uel tibi Medorum pugnaces ire per hastas
atque onerare tuam fixa per arma domum,
et tibi ad effectum uires det Caesar et omni
tempore tam faciles insinuentur opes,

14 at] ad ω, *corr.* ς Myos] muros N : nuros F Δ : miros L P D^2, *corr. Beroaldus* **16** uendit ab] uindicat ω (*nisi quod* uendicat P, *sicut in u.* 12) : uenditat *Burman* : uendit at *Housman* (*sed cf. Sh. Bailey 161*), *corr. Barber*; uindicat *def. Rothstein II 74, coll. Cic. de orat. 2,7* ut laudem eorum ... ab obliuione hominum atque a silentio uindicaret; *sed haud dubie* uindicat *e u. 12 huc irrepsit*; *quod adtinet ad* uendere *cf. 1,2,4* teque peregrinis uendere muneribus, *Iuuen. 7,135* purpura uendit causidicum; *de* ab *cf. e. g. 4,6,37sq.* **17–18** sunt quibus ... sunt quibus ς; *sed Graecum* ἔστιν οἷς *imitatur Propertius: cf. Tränkle 75, K.-St. II 306, H.-Sz. 559* **17** concurrunt Vo V^2 (*prob. Rothstein II 74*); *cf. ThLL IV 112,58, Tränkle 74* **19** satis F (*corr.* F^2) L P **20** sequimur *Broukhusius* **21** et F (*corr.* F^2) **22** conor *Heinsius*; *sed cf. Rothstein II 74, Tränkle 27* **24** promere *Ruhnken*; *tradita def. Sh. Bailey 161, qui de zeugmate Verg. Aen. 1,264* moresque uiris et moenia ponit *confert; de nexu* ponere iura *cf. 4,9,64* **25** hostes ω : astus *Lachmann* : arcus *Heluetius, corr. Markland* (*prob. Sh. Bailey 162, qui Lucan. 7,232* illic pugnaces commouit Hiberia caetras *confert; cf. etiam Hor. carm. 3,2,3sq.* Parthos feroces / uexet eques metuendus hasta *aliaque exempla ap. ThLL VI 3,2551, 12sqq.*) **26** ornare *Dempster* **27** ad affectum ς; *sed cf. 1,10,28, ThLL V 2,131,14sqq.*

parcis et in tenuis humilem te colligis umbras:
uelorum plenos subtrahis ipse sinus.
crede mihi, magnos aequabunt ista Camillos
iudicia, et uenies tu quoque in ora uirum,
Caesaris et famae uestigia iuncta tenebis:
Maecenatis erunt uera tropaea fides.
non ego uelifera tumidum mare findo carina:
tota sub exiguo flumine nostra mora est.
non flebo in cineres arcem sedisse paternos
Cadmi nec septem proelia clade pari,
nec referam Scaeas et Pergama Apollinis arces,
et Danaum decimo uere redisse ratis,
moenia cum Graio Neptunia pressit aratro
uictor Palladiae ligneus artis equus.
inter Callimachi sat erit placuisse libellos
et cecinisse modis, Coe poeta, tuis.

30 contrahis *Heinsius*; *tradita def. Sh. Bailey 162, coll. Pind. Isthm. 2,40* ὑπέστειλ' ἰστίον, *et* subducere *ap. Bell. Alex. 45,3, Sil. 6,325*, substringere *ap. Mart. 12,28(29),17* **32** indicia ς; *sed cf. ThLL VII 2,614,57sqq.* **35** *om.* N : *del. Faltin* (*prob. Rothstein II 369; uide tamen Leo Kl. Schr. II 184sq., Housman Class. Pap. 276*) **36** tuta ς, *probb. Rothstein II 76, Kambylis 153 adn. 92* (*qui 3,3,22–24 confert*); *uide contra B.-B. 284* sub] sit ς : sed *Baehrens* efflumine F (*corr.* F^2) L : est flumine P (*qui* est *post* mora *om.*) : e flumine D V (*corr.* V^2) : flamine *Madvig (Adu. II 65: "scio dici* sub alta ualle *similiaque ..., nauigantem dici a Propertio potuisse morari sub exiguo flumine, non credo")*; *de* sub *pro* in *cf. tamen Housman ad Manil. 3,338 (in addendis)* **37** sidisse paternam *Heinsius* : sedisse repentes *Postgate*; *sed cf. Rothstein II 369, Housman Class. Pap. 372* **38** septem] semper ω, *corr. Lipsius*; semper *def. Camps III 98; cf. B.-B. 284 et Cairns ClQ 65 (1971) 208* **44** Coe] dure ω (*quod e 2,34,44 fortasse huc irrepsit;* dure *interpretari conatur Rothstein II 369; cf. tamen Leo Kl. Schr. II 191*) : Dore *Scriuerius* (*prob. Rothstein II 77; cf. tamen B.-B. 285*) : pure *Scaliger* : docte *Foster, corr. Beroaldus*; *cf. enim Knoche Gn 12 (1936) 264 adn. 2, Quadlbauer Ph 112 (1968) 105 adn. 3*

haec [c]urant pueros, haec [c]urant scripta puellas,
  meque deum clament et mihi sacra ferant!
te duce uel Iouis arma canam caeloque minantem
  Coeum et Phlegraeis Eurymedonta iugis;
celsaque Romanis decerpta Palatia tauris
  ordiar et caeso moenia firma Remo,
eductosque pares siluestri ex ubere reges,
  crescet et ingenium sub tua iussa meum;
prosequar et currus utroque ab litore ouantis,
  Parthorum astutae tela remissa fugae,
c⟨l⟩a⟨u⟩straque Pelusi Romano subruta ferro,
  Antonique grauis in sua fata manus.
mollia tu coeptae fautor cape lora iuuentae,
  dexteraque immissis da mihi signa rotis.
hoc mihi, Maecenas, laudis concedis, et a te est
  quod ferar in partis ipse fuisse tuas.

45 curant . . . curant ω (*quod iniuria defendere conatur Stroh 105 adn. 160; de distichi interpretatione cf. Sh. Bailey 162*), *corr.* ς **47–56** *post u.* 20 *transt. Hetzel* **48** oromodonta *et sim.* ω : Oromedonta *Volscus* (*quem nonnulli editores secuti sunt, collato Theocr. 7,46*), *corr. Huschke*; *cf. enim Hom. Od. 7,58sq.* ὁπλοτάτη θυγάτηρ μεγαλήτορος Εὐρυμέδοντος / ὅς ποθ' ὑπερθύμοισι Γιγάντεσσιν βασίλευεν **49** *et* **51** *inter se mut. Peiper*; *cf. B.-B. 285* **54** ac tutae . . . fugae *Passerat* : astuta . . . fuga *Freinsheim*; *tradita def. Sh. Bailey, coll. Val. Fl. 6,698* nunc fuga conuersas spargit mentita sagittas, *Stat. Theb. 6,596sq.* credas, e plebe Cydonum / Parthorumque fuga totidem exsiluisse sagittas **55** castraque ω, *corr. Palmier*; *cf. Plin. nat. 26,19, Stat. Theb. 10,474 et Sh. Bailey 164* **57** mollis ω (*def. Camps III 101, coll. Ouid. am. 2,3,5* mollis in obsequium facilisque rogantibus esses), *corr. Broukhusius*; *cf. Val. Fl. 6,365* molles . . . habenas, *B.-B. 286, Sh. Bailey 164* molliter inceptae *Ayrmann* factor N : faustor F (*corr.* F^2) L P; *cf. ThLL VI 389,79sqq.* **59–60** *post u.* 46 *transt. Lachmann, post u.* 48 *Enk*; *cf. Sh. Bailey 165* **60** ipse ruisse *Faltin* : lentius isse *Ayrmann*; *sed cf. Housman ad Lucan. 9,228, Tränkle 93, Fraenkel Kl. Beitr. II 307*

10

Mirabar, quidnam uisissent mane Camenae,
  ante meum stantes sole rubente torum.
natalis nostrae signum misere puellae
  et manibus faustos ter crepuere sonos.
transeat hic sine nube dies, stent aere uenti,
  ponat et in sico molliter unda minax.
aspiciam nullos hodierna luce dolentis;
  et Niobae lacrimas supprimat ipse lapis;
alcyonum positis requiescant ora querelis;
  increpet absumptum nec sua mater Itym.
tuque, o cara mihi, felicibus edita pennis,
  surge et poscentis iusta precare deos.

10 de niobe F L D V : de natali amice P **1** misissent ω (*fortasse ex u. 3; tradita frustra def. Rothstein II 82*), *corr. Guyet* **2** sole oriente *Heinsius*; *sed cf. Lucr. 5,462* matutina rubent radiati lumina solis **3** miserere F L D V (*corr.* V^2) : uisere *Heinsius* : risere *Richards*; *de nexu* signum mittere *cf. Enn. ann. 84 V², Plaut. Capt. 1035 aliaque exempla a Sh. Bailey 301 allata* **6** ponet N F (*corr.* F^3) L Vo minas Vo F^3 V^2; *sed cf. Hor. carm. 1,12,31sq.* et minax, quod sic uoluere, ponto / unda recumbit, *Lucan. 5,566* aestuat unda minax *et de* ponere *intrans. usurp. cf. Verg. Aen. 7,27* cum uenti posuere, *10,103* tum Zephyri posuere, *Ouid. epist. 7,49* iam uenti ponent; minas *def. Sh. Bailey 166, mea sententia minimi momenti argumentis nisus; cf. etiam Cairns Herm. 99 (1971) 151, Lyne G&R S. II 20 (1973) 41* **12** praesentes ς : poscendos *Lachmann*; *intellege tamen* precare iusta deos poscentes (te iusta precari) *et uide Sh. Bailey 166, qui confert 2,1,11* seu cum poscentes (*sc.* somnum) somnum declinat ocellos (*uide tamen app. meum ad loc.*), *Lucan. 1,29* desuntque manus poscentibus (*sc.* manus) aruis *et, quod adtinet ad uocem* iusta *a* precare *pendentem, Sil. 4,793* iusta ite precari, *Tac. ann. 3,36,2* neque a dis nisi iustas supplicum preces audiri

ac primum pura somnum tibi discute lympha
et nitidas presso pollice finge comas:
dein, qua primum oculos cepisti ueste Properti,
indue, nec uacuum flore relinque caput;
et pete, qua polles, ut sit tibi forma perennis,
inque meum semper stent tua regna caput.
inde coronatas ubi ture piaueris aras,
luxerit et tota flamma secunda domo,
sit mensae ratio, noxque inter pocula currat,
et crocino naris murreus ungat onyx.
tibia nocturnis succumbat rauca choreis,
et sint nequitiae libera uerba tuae,
dulciaque ingratos adimant conuiuia somnos,
publica uicinae perstrepat aura uiae.
sit sors et nobis talorum interprete iactu,
quem grauibus pennis uerberet ille puer.

13 at ς (*probb. Camps III 103, Lyne G&R S. II 20 [1973] 42*) **15** denique F (*corr.* F^4) D^2 : te qua L P D V (*corr.* V^2) : de in qua Vo **17–18** *om.* N : *damn. nonnulli post Lachmann* : *post u.* 12 *transt. Barber dub.* : *post u.* 14 *transt. Richmond*; *uide Housman Class. Pap. 277, Sh. Bailey 166sq., Camps III 103* **17** pelles F L P D V (*corr.* F^4 V^2) **19** tibi F L D V (*corr.* F^4 V^2) : bi P (*in ras. duar. litter.*) **21** uoxque D V : moxque Vo : mox *et* nox V^3; *cf. Tränkle 116* **22** murrea pungat *Garrod*; *tradita def. Sh. Bailey 167, coll. Prud. perist. 10,363* auras madentes Persicorum aromatum **23–26** *del. Heimreich* **23** nocturnis] continuis *Housman* pauc(h)a F L P D V (*corr.* F^4 V^2) **25–26** *post u.* 22 *transt. Sandbach* **25** dulcia N conuicia *Broukhusius*; *sed cf. Rothstein II 84* **26** perstrepet N L P Δ; *cf. app. ad u. 6* (ponat) ara ς *(et Guyet)* : ora *Heinsius*; aura *def. Sh. Bailey 168, coll. Verg. Aen. 12,691; Anth. Lat. 452,5 R.; 635,20 R.; de resurr. Dom. die (falso Lact. trib.; nunc Venantio Fortunato attr.) 32* **27** sit sors e *Phillimore* : sint sortes *Sandbach*; *tradita iure def. Camps III 104*; *de* et *tertio loco, contra Phillimore ClR 29 (1915) 45 et Sandbach ClR 52 (1938) 214sq., cf. 1,4,15; 3,6,16; 3,11,46; Hofmann ThLL V 2,897,78–84* **28** grauius *Guyet, probb. Phillimore ClR 29 (1915) 44sq. et Sh. Bailey 168*; *sed cf. Cairns Herm. 99 (1971) 155*

cum fuerit multis exacta trientibus hora,
noctis et instituet sacra ministra Venus,
annua soluamus thalamo sollemnia nostro,
natalisque tui sic peragamus iter.

11

Quid mirare, meam si uersat femina uitam
et trahit addictum sub sua iura uirum,
criminaque ignaui capitis mihi turpia fingis,
quod nequeam fracto rumpere uincla iugo?
† uenturam † melius praesagit nauita † mortem †,
uulneribus didicit miles habere metum.
ista ego praeterita iactaui uerba iuuenta:
tu nunc exemplo disce timere meo.
Colchis flagrantis adamantina sub iuga tauros
egit et armigera proelia seuit humo,
custodisque feros clausit serpentis hiatus,
iret ut Aesonias aurea lana domos.

31 thalamo et F L P D V **32** sic] ter Vo V^2

11 de imperiis feminarum (contra *add.* F) F L D V : de imperio mulierum in uiris P **5** mortem N F L D V : noctem Vo F^3 P^2 *in ras.* V^2; *uersus uix sanus, a nonnullis multis modis emendatus* : uenturum ... motum *Palmer* : uentorum (*Postgate*) ... motum *Owen* (*fort. recte*) : uenturum ... uentum *Richards* (*prob. Sh. Bailey 169, qui Verg. Aen. 10,99, Lucan. 3,596, Sen. Ag. 469, Calp. ecl. 4, 53, Coripp. Ioh. 8,205 confert*) : uentum iam ... notum *Barber* : uentorum ... motus *Camps* : uentorum ... uires *Brennan* : *alii alia*; *fortasse* melius quam uector *intellegendum; attamen, ut recte contendit Sh. Bailey, nauta procellas praesagire potest; mortem praesagire uel medici uel uatis est*

ausa ferox ab equo quondam oppugnare sagittis
Maeotis Danaum Penthesilea ratis;
aurea cui postquam nudauit cassida frontem,
uicit uictorem candida forma uirum.
Omphale in tantum formae processit honorem,
Lydia Gygaeo tincta puella lacu,
ut, qui pacato statuisset in orbe columnas,
tam dura traheret mollia pensa manu.
Persarum statuit Babylona Semiramis urbem,
ut solidum cocto tolleret aggere opus,
et duo in aduersum mitti per moenia currus
nec possent tacto stringere ab axe latus;
duxit et Euphraten medium, quam condidit, arcis,
iussit et imperio subdere Bactra caput.

13–16 *post u.* 20 *transt. Housman* **14** Maeotis] iniectis F P Δ (*corr.* F^4 P^2) : nectis L; *cf. Housman Class. Pap. 255* **15** qui F (*corr.* F^2) L P D **16** uirum] suum ς; *sed cf. Ouid. epist. 20,70* utraque uictorem nempe secuta uirum **17** *nou. eleg. inc.* F omphaliae D : omphale et (*uel* in) ς; *de hiatu cum syllabae correptione cf. e. g. Verg. georg. 1,281; Aen. 3,211; 5,261* **21** *nou. eleg. inc.* F L P D V **23** missi ω : misit ς : inmissi *Dousa, corr. Tyrrell* (*i. e.* ut possent mitti nec possent stringere; *uersum recte interpretatur Housman Class. Pap. 299sq., qui confert, de uerbalis uocis structura* ἀπὸ κοινοῦ, *Ouid. met. 13,360* manu fortes nec sunt mihi Marte secundi, *i. e.* sunt fortes nec sunt secundi). *De re uide Herodot. 1,179,3, Thuc. 1,93,5, Aristoph. Au. 552. 1126–1129 et cf. Mastromarco QS 6 (1977) 41–50* **24** ne P D V; *sed uide quae ad u. 23 adnotaui*; missi . . . ne *parum recte def. Sh. Bailey 170: cf. Hubbard ClQ 62 (1968) 317* **25** qua N Vo F^4 P^2 V^2 (*quod uix retineri potest: cf. enim B.-B. 288*) : quas *Markland* arces N L P Δ F^2 : artes F, *corr. Baehrens*; arcis *prob. Housman Class. Pap. 273, qui de huius uersus structura confert Ouid. met. 13,916* innitens, quae stabat proxima, moli; *cf. praeterea Sh. Bailey 170, qui corruptelam a Verg. buc. 2,61* Pallas quas condidit arces *originem trahere censet* **26** subdere] surgere ω, *corr. Burman sen.*; *cf. Diod. 2,6 et de corruptelae origine Sh. Bailey 170*

nam quid ego heroas, quid raptem in crimina diuos?
Iuppiter infamat seque suamque domum.
quid, modo quae nostris opprobria nexerit armis,
et (famulos inter femina trita suos!)
coniugis obsceni pretium Romana poposcit
moenia et addictos in sua regna Patres.
noxia Alexandria, dolis aptissima tellus,
et totiens nostro Memphi cruenta malo,
tres ubi Pompeio detraxit harena triumphos!
tollet nulla dies hanc tibi, Roma, notam.
issent Phlegraeo melius tibi funera campo,
uel tua si socero colla daturus eras.
scilicet incesti meretrix regina Canopi,
una Philippeo sanguine adusta nota,

27 in crimine ω, *corr.* V^2; *de uersus interpretatione cf. Hubbard ClQ 62 (1968) 317* **28** infamet *Hosius dub.* **29** *nou. eleg. inc. Kuinoel* uexerit ω (*sed* opprobria uehere *nimis inepte dicitur exemplisque caret: cf. B.-B. 289*) : uexerat ς, *corr. Sh. Bailey (praeeunte cod. Vat. Barber. VIII 23)*; *intellege* nexerit *i. q.* quae tanta erat audacia ut necteret **30–31** et (famulos . . . suos!) / coniugis *sic dist. Rothstein* **31** coniugii *Passerat, quem nonnulli editores secuti sunt, quibus durius uidetur epitheton q. e.* obscenus *Antonio tributum; cf. tamen de genet.* coniugii *quae Norden Aen. 293 iure monet et de re Nethercut TAPhA 102 (1971) 423; quod adtinet ad adiect.* obscenus *de animantibus, cf. ThLL IX 2,161,28sqq.* **35** hec F (*corr.* F^4) : res L : re P (*corr.* P^2) ubi] tibi F L P (*corr.* P^2) **36** *et* **40** *inter se mut. Lachmann* **39** *nou. eleg. inc.* F L P **40** sanguini V^2; sanguine *pro dat. in* -e *exeunte iniuria habet Haglund Er 30 (1932) 46sq.; non recte interpretatur Rothstein II 94 ("una ex omnibus, qui Philippeo sanguine sunt, adusta nota"); uide etiam ThLL I 899,28:* nota *enim casus nom. est*, unus *idem ac* praecipuus *ualet et nexus* Philippeo sanguine *pro abl. loc. liberius usurpato (ut in 1,8,11; 3,6,24; 4,8,11) est habendus: cf. B.-B. 290, Sh. Bailey 171* inusta ς; *sed cf. Haglund Er 30 (1932) 46*

ausa Ioui nostro latrantem opponere Anubim,
et Tiberim Nili cogere ferre minas,
Romanamque tubam crepitanti pellere sistro,
baridos et contis rostra Liburna sequi,
foedaque Tarpeio conopia tendere saxo,
iura dare ⟨et⟩ statuas inter et arma Mari!
quid nunc Tarquinii fractas iuuat esse securis,
nomine quem simili uita superba notat,
si mulier patienda fuit? cape, Roma, triumphum
et longum Augusto salua precare diem!
fugisti tamen in timidi uaga flumina Nili:
accepere tuae Romula uincla manus.
bracchia spectaui sacris admorsa colubris
et trahere occultum membra soporis iter.
'Non hoc, Roma, fui[t] tanto tibi ciue uerenda!'
dixerat assiduo lingua sepulta mero.

41 nostro est P **44** conchis P : cunctis Δ (*corr.* V^2) **45** canopeia ω : canopia V^2, *corr.* ς *(et Heinsius)*; *cf. Tränkle 115* **46** dare et] dares *Palmer* et *ante* statuas *om.* ω, *add.* ς (*intellege*: "et iura dare inter statuas et arma Mari"; *de particula* et *tertio loco cf. 3,10,27*) **47–50** *post u.* 60 *transt. Housman* **48** uocat D V (*corr.* V^2) **49** rape *Heinsius* : cane *Camps* (*coll. Ouid. am. 1,2,33sq.* ad te sua bracchia tendens / uulgus 'io' magna uoce 'triumphe' canet; *cf. tamen Sen. Herc. O. 562* cape hunc triumphum solus) **51** timida F : tumidi Vo F^4 V^2; *cf. Norden Aen. 325* uada N F L P, *uno Phillimore probante, qui* uada *pro adiect. habet, conferens* femina turba *(2,31,4)*. Vagus *tamen ad Nili Delta (Mela 1,51) uel potius ad annuas Nili inundationes pertinet: cf. Plin. paneg. 30,4* uagus ille, cum expanditur, amnis *et Sh. Bailey 173* **55** haec ς fuit ω, *corr.* ς; fuit *def. Camps III 109, qui* haec *pro* hoc *legit uerbaque poetae, non Cleopatrae, tribuit: cf. tamen B.-B. 291* **56** dixerat] dixit et ω, *corr. Housman*; dixerat *perfecti uice fungitur, ut saepe ap. Propertium*; et *i. q.* etiam *def. Camps III 110: cf. tamen Sh. Bailey 173* 'et . . . mero' *dist. Haupt*; *cf. tamen Sh. Bailey 173*

septem urbs alta iugis, toto quae praesidet orbi,
femineo timuit territa Marte minas. 58
nunc ubi Scipiadae classes, ubi signa Camilli, 67
aut modo Pompeia, Bospore, capta manu? 68
Hannibalis spolia et uicti monumenta Syphacis 59
et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes? 60
Curtius expletis statuit monumenta lacunis,
at Decius misso proelia rupit equo,
Coclitis abscissos testatur semita pontis,
e⟨s⟩t cui cognomen coruus habere dedit:
haec di condiderant, haec di quoque moenia seruant: 65
uix timeat saluo Caesare Roma Iouem. 66
Leucadius uersas acies memorabit Apollo: 69
tantum operis belli sustulit una dies. 70

57 toti F^3; *sed cf. 1,20,35, Tränkle 36sq.* **58** *om.* N : *damn. Richmond, praeeunte Rothstein II 370sq.*; *cf. tamen Leo Kl. Schr. II 184* f(a)emineas F L P Δ, *corr. Korsch*; *cf. Ouid. met. 12,605* aut si femineo fuerat tibi Marte cadendum (*quamuis durius sit uocem* minas *suo epitheto carere*) timuit P Δ F^4 : *om.* F L : extimuit *Korsch*; *sed cf. B.-B. 292* edita *Markland* (*non improbante Sh. Bailey 175*) **67–68** *post u.* 58 *transt. Passerat* (*prob. B.-B. 291*), *post u.* 46 *Lachmann; de uersuum ordine cf. Nethercut TAPhA 102 (1971) 429–36* **68** modo] ubi F capte *Heinsius*; *ad uocem* capta *supple* signa *e u. 67* **59** ornamenta *Palmer* : momenta *Damsté*; monumenta *in crucibus inclusit Barber, hoc uerbum e u. 61 huc irrepsisse ratus; cf. tamen, de eiusmodi iteratione uerborum, 3,13,63sq.* **61** curius N V Vo P^2 : durius F L P D : curcius F^3, *corr.* V^2 **62** ac L P D V (*corr.* V^2) **63** adscisos N : abscisos F P : abcisos L **64** et ω (*quod frustra def. Rothstein II 371*), *corr. Puccius* **65–66** *post u.* 60 *transt. Sh. Bailey* : **65–68** *post u.* 58 *transt. Housman* (*probb. Camps III 110, Hubbard ClQ 62 [1968] 318*) **65** condiderunt *Liuineius* **70** tanti operis bellum *Housman* (*def. Sh. Bailey 176, coll. Eur. Ion 60sq.* πολέμιος κλύδων / ὃν συμπονήσας καὶ συνεξελὼν δορί, *Sen. contr. 8,5* tu fregisti bellum, ego sustuli,

at tu, siue petes portus seu, nauita, linques,
Caesaris in toto sis memor Ionio.

12

Postume, plorantem potuisti linquere Gallam,
miles et Augusti fortia signa sequi?
tantine ulla fuit spoliati gloria Parthi,
ne faceres Galla multa rogante tua?
si fas est, omnes pariter pereatis auari
et quisquis fido praetulit arma toro!
tu tamen iniecta tectus, uesane, lacerna
potabis galea fessus Araxis aquam.
illa quidem interea fama tabescet inani,
haec tua ne uirtus fiat amara tibi,
neue tua Medae laetentur caede sagittae,
ferreus aurato neu cataphractus equo,

Eutr. 2,20 bellum cum Samnitibus sustulerunt); *intellege tamen* tantam belli molem *et de genetiui iteratione cf. H.-Sz. 66; idem uersus initium* (tantum operis) *in 3,3,4 legitur*
72 in tuto *Fruter*

12 ad postumum de galla F L D V : ad postumum in militiam abeuntem inuita uxore galla P **4** facias F L P D V (*corr.* F^4 P^2 V^2) : fugeres *Heinsius*; *cf. Housman Class. Pap. 281* **7** intecta *uel* in tecta ω : in texta F^4 : interea ς, *corr. cod. Paris. 8458*; *cf. ThLL VII 1,1612,38sqq.* **8** portabis *Camps dub.* (*coll. Tib. 2,6,8* ipse leuem galea qui sibi portet aquam) **9** flamma ς; *sed cf. Verg. Aen. 4,218* famam ... fouemus inanem, *Tac. hist. 4,11* erant ... qui principatus inanem ei famam circumdarent **10** tibi] sibi ς **12** ferreus] Sericus *Markland*; *sed adiect.* ferreus *iure def. Sh. Bailey 176, coll. Sall. hist. frg. 66 M.* equites cataphracti ferrea omni specie, *Seru. ad Verg. Aen. 11,770* cataphracti autem equites dicuntur qui et ipsi ferro muniti sunt et equos similiter munitos habent, *Amm. 25,1,12* erant autem omnes cateruae (*sc.* Persarum) ferratae aerato *Guyet* : armato *Broukhusius, prob. Camps III 113*; *sed cf. Verg. Aen.*

neue aliquid de te flendum referatur in urna:
sic redeunt, illis qui cecidere locis.
ter quater in casta felix, o Postume, Galla!
moribus his alia coniuge dignus eras.
quid faciet nullo munita puella timore,
cum sit luxuriae Roma magistra suae?
sed securus eas: Gallam non munera uincent,
duritiaeque tuae non erit illa memor.
nam quocumque die saluum te fata remittent,
pendebit collo Galla pudica tuo.
Postumus alter erit miranda coniuge Vlixes
(non illi longae tot nocuere morae,
castra decem annorum et Ciconum mons Ismara,
exustaeque tuae mox, Polypheme, genae [Calpe.
et Circae fraudes lotosque herbaeque tenaces,
Scyllaque et alternas scissa Charybdis aquas,

11,770sq. spumantemque agitabat equum, quem pellis aenis / in plumam squamis auro conserta tegebat catophrat(t)us N F L P V Vo (*corr.* F^4 V^2)
14 si credunt N F^4 : si credent F L P D V (*corr.* V^2); *cf. Ouid. met. 11,727sq.* sic o, carissime coniunx, / sic ad me, miserande, redis qu(a)e F L P D **18** tu(a)e ω (*quo seruato* cui sis *coni. Palmer, fort. recte*), *corr.* ς **21** sanum F D^2 **24–37** (non ... uxor) *sic dist. Luck* **25** mors *Volscus* : domus *Baehrens* : manus *Lachmann* : mox *Wittig* : *alii alia*; *tradita recte deff. B.-B. 294* talpe L P D V F^4 : capta *Fontein* (*prob. Camps III 114, qui cum recentioribus codicibus* mors *pro* mons *legit*) **26** mox] lux *Suringar* : nox *Higt*; *sed* mox *recte interpretatur Rothstein II 106* (Polyphemi genae, quae mox exustae sunt) **27–38** *damnant nonnulli, teste Barber*; *cf. tamen quae fuse disputat de tota elegia Cairns Gen. Comp. 198–201* **28** alternans *Rossberg*; *non inepte: cf. enim 2,26,53sq.* nec umquam / alternante uorans uasta Charybdis aqua; *uide tamen Verg. Aen. 3,420-423* (Charybdis) sorbet ... fluctus rursusque sub auras / erigit alternos *et Seru. ad loc.* scissa] saeua *Faltin*; *sed cf. Camps III 114*

Lampeties Ithacis ueribus mugisse iuuencos
-pauerat hos Phoebo filia Lampetie -
et thalamum Aeaeae flentis fugisse puellae,
totque hiemis noctes totque natasse dies,
nigrantisque domos animarum intrasse silentum,
Sirenum surdo remige adisse lacus,
et ueteres arcus le[c]to renouasse procorum,
errorisque sui sic statuisse modum;
nec frustra, quia casta domi persederat uxor):
uincit Penelopes Aelia Galla fidem.

13

Quaeritis, unde auidis nox sit pretiosa puellis
et Venere[m] exhaustae damna querantur opes.
certa quidem tantis causa et manifesta ruinis:
luxuriae nimium libera facta uia est.

29 lampathi(a)e sithicis *uel sim.* ω, *corr.* ς **32** notasse F (*corr.* F^2) L P D V : uacasse P^2 **34** latus (*fort. ex* laturus) F (*cf. tamen Housman Class. Pap. 352 adn. 3*) : latreus L P : locos *Schrader* : domos *Housman* (*qui* lacus *coni. ad u. 33*); *cf. tamen Rothstein II 107, ThLL VII 2,862,29sqq.* **35** artus D V (*corr.* V^2) F^3; *de plurali numero cf. K.-St. I 84* arcus ... reuocasse Vo : artes ... reuocasse *Jacob*; renouasse *def. Sh. Bailey 177, coll. Sil. 4,12; 7,343; Stat. Theb. 2,700; Ven. Fort. carm. 2,9,4* lecto ω, *corr.* F^4 **37** h(a)ec Vo V^2 **38** uicit P : uincet ς (*cf. Rothstein II 371*) penelope N D V : penolope F L : penolopes P Vo, *corr.* V^2 l(a)el(l)ia ω, *corr. Gulielmius*

13 de auaritia et luxuria (luxu F) matronarum F L D V : de auaritia et luxu uiuendi matronarum P **2** uenerem ω, *corr.* ς; *cf. B.-B. 295* exhausto N **3** est F P D V (*corr.* V^2) rapinis *Palmer*; *sed cf. Cic. Catil. I,14* praetermitto ruinas fortunarum tuarum

Inda cauis aurum mittit formica metallis,
et uenit e Rubro concha Erycina salo,
et Tyros ostrinos praebet Cadmea colores,
cinnamon et multi pastor odoris Arabs:
haec etiam clausas expugnant arma pudicas,
quaeque gerunt fastus, Icarioti, tuos.
matrona incedit census induta nepotum
et spolia opprobrii nostra per ora trahit.
nulla est poscendi, nulla est reuerentia dandi;
aut si qua est, pretio tollitur ipsa mora.
felix Eois lex funeris una maritis,
quos Aurora suis rubra colorat equis!
namque ubi mortifero iacta est fax ultima lecto,
uxorum fusis stat pia turba comis,

6 Erycina] eritrea D^2 : erythraea ς (*def. Haupt Opusc. III 514sq., coll. Tib. 2,4,29, Lygd. 3,17, Mart. 5,37,4, Babr. 115,7; cf. tamen Plin. nat. 9,116. 121 et Sh. Bailey 177*) **8** pastor] coston *Guyet* (*prob. Haupt Opusc. III 515; cf. tamen Sh. Bailey 178*) : cultor *Fontein* (*fort. recte: cf. enim Ps. Tib. 3,8,18* cultor odoratae diues Arabs segetis) : pistor *Bury* (*prob. Sh. Bailey 178*); pastor *deff. W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 272, Camps III 116* **9** clausas] clauias (*ut uid.*) N : nifeas *sup.* N^2 : nymphas *L. Müller*; *sed cf. B.-B. 295 et de nexu Verg. catal. 1,2; Tib. 2,3,77; Prop. 3,3,49; 3,14,23; Nemes. ecl. 2,10* pudicas] puellas *Markland*; *def. Haupt Opusc. III 516, coll. 3,3,49; 3,14,23; cf. tamen Sh. Bailey 178* **10** terunt ω (*def. Rothstein II 109, coll. 1,7,9* hic mihi conteritur uitae modus; *sed hoc exemplum minimi momenti est; quae Tränkle 85 disputat ad textum traditum probandum corruptelae suspiciones augent*) : iterant *Heinsius* (*prob. Haupt Opusc. III 516*), *corr. Scioppius*; *de* gerunt *i. q.* praeferunt *Sh. Bailey 179 confert Serv. ad Verg. Aen. 2,278, Stat. silu. 1,1,15; contra de* gerunt *i. q.* habent *Camps III 116 confert Val. Max. 8,3,1* icariote (yc-) N Δ F^4 P^2 : icariore (yc-) F L P, *corr.* V^2; Icarioti *def. Haupt Opusc. III 516, coll. Ps. Verg. Culex 265* Icariotis, *Ouid. Pont. 3,1,113* Icariotide

et certamen habent leti, quae uiua sequatur
coniugium: pudor est non licuisse mori.
ardent uictrices et flammae pectora praebent,
imponuntque suis ora perusta uiris.
hoc genus infidum nuptarum, hic nulla puella
nec fida Euadne nec pia Penelope.
felix agrestum quondam pacata iuuentus,
diuitiae quorum messis et arbor erant!
illis munus erant decussa Cydonia ramo
et dare puniceis plena canistra rubis,
nunc uiolas tondere manu, nunc mixta referre
lilia uimineos lucida per calathos,
et portare suis uestitas frondibus uuas
aut uariam plumae uersicoloris auem.

19–20 letum . . . coniugii *Housman*; *tradita def. Sh. Bailey 179, coll. Ouid. met. 10,317* ad thalami certamen adest **23** hoc] hic F^4, *quod nonnulli probant*; *cf. tamen Plaut. Poen. 829sq.* quid illuc est genus, / quae illic hominum corruptelae fiunt *et Sh. Bailey 179* hic nulla] nupta F : innupta *uel* in nupta L D V (*corr.* V^2) P *in ras.* **25** pagana *Gulielmius*; *sed cf. Manil. 4,140sq.* Taurus simplicibus dotabit rura colonis / pacatisque labor ueniet **26** quarum F (*corr.* F^4) L P Δ **27** erat P Vo *in ras.* : *om.* L D munus erant *om.* F (munus erat *add. in mg.* F^4) discussa N **30** uimineos] uirgineos ω : uirgatos *codd. Passeratii, corr. Fruter*; uirgineos *prob. Rothstein II 112; attamen eius exempla* uimineos *potius quam* uirgineos *defendunt: cf. enim Ouid. fast. 4,435* haec implet lento calathos e uimine nexos, *Ps. Verg. Copa 16* lilia uimineis attulit in calathis, *Mart. 3,58,39* et dona matrum uimine offerunt texto; *uide etiam Camps III 117, Baker Mn N. S. 27 (1974) 53–58* **32** uiricoloris N F (*corr.* F^4) L V^2 : uaricoloris Vo : raricoloris *Heinsius* : uitricoloris *Ellis* (uitricoloris *def. Sh. Bailey 180, quamuis* ἅπαξ *sit, coll.* ὑαλόχρως); *cf. tamen 3,7,50* ecfultum pluma uersicolore caput, *Cic. fin. 3,18* plumae uersicolores columbis *et columbarum pauonumque plumae descriptionem ap. Lucr. 2,801–807*

his tum blanditiis furtiua per antra puellae
oscula siluicolis empta dedere uiris.
inulei pellis † totos † operibat amantis,
altaque natiuo creuerat herba toro,
pinus et incumbens lentas circumdabat umbras,
nec fuerat nudas poena uidere deas;
corniger Idaei uacuam pastoris in aulam
dux aries saturas ipse reduxit ouis.
dique deaeque omnes, quibus est tutela per agros,
praebebant uestri[s] uerba benigna foci[s]:

33 cum L P D V antra] rara N **35** inulei] atque hunili (*ut uid.*) N (atque hinuli *def. Whatmough ClR 41 [1927] 174; sed cf. B.-B. 296*) : humili F L : humilis P : hinuli Δ F^4 : hinulei *Scaliger*; *de scriptura cf. I. Kapp ThLL VII 2,240,16–23 et de prosodia Hor. carm. 1,23,1* totos ω (*cf. Camps III 118 et contra Sh. Bailey 180*) : positos *Heinsius* : tutos *Sterke* (*sed cf. Sh. Bailey 180*) : stratos *Baehrens* : lentos *Housman* : iunctos *Sh. Bailey* : *alii alia* **37** l(a)etas F (*prob. Housman Class. Pap. 300*) : latas ς : lentis *Baehrens* (*cf. B.-B. 296*); lentas *tuetur Tränkle 79, coll. Plaut. Asin. 575* lictoris ulmeis adfectos lentis uirgis, *Catull. 61,106sq.* lenta . . . uitis, *64,290sq.* lentaque sorore / flammati Phaetontis, *Verg. buc. 9,42* lentae uites, *georg. 4,558* lenti rami **39** Idaei] atque dei ω : atque sui *Heinsius* : Arcadii *Hertzberg* (*probb. B.-B. 296; uide tamen Sh. Bailey 181*) : atque die *Housman* : *alii alia*; *corr. Volscus* (pastor Idaeus = Paris) cornigerique dei ς (*sed cf. B.-B. 296*) : crinigerique dei *Postgate* (*coll. Tib. 2,3,12* nec cithara intonsae profueruntque comae, *sc.* Apollini); *uide contra Housman Class. Pap. 370* **42** uestris . . . focis ω (*sed cf. B.-B. 296sq.*) : nostris . . . focis ς : festis . . . focis *Heinsius* : castis . . . focis *Ayrmann* : iustis . . . focis *Baehrens* (*prob. Sh. Bailey 181, coll. Catull. 64,397sqq., Auien. Arat. 304*); *corr. Barber, qui recte* dique deaeque omnes *pro uocatiuo habet*; *cf. enim Verg. georg. 1,21, Aen. 6,64 (ubi* dique deaeque omnes *in hexametri initio pro uocatiuo usurpatur), Norden Aen. 142*

'Et leporem, quicumque uenis, uenaberis, hospes,
et si forte meo tramite quaeris, auem:
et me Pana tibi comitem de rupe uocato,
siue petes calamo praemia, siue cane.'
at nunc desertis cessant sacraria lucis:
aurum omnes uicta iam pietate colunt.
auro pulsa fides, auro uenalia iura,
aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.
torrida sacrilegum testantur limina Brennum,
dum petit intonsi Pythia regna dei:
at mons laurigero concussus uertice diras
Gallica Parnasus sparsit in arma niues.
te scelus accepto Thracis Polymestoris auro
nutrit in hospitio non, Polydore, pio.
tu quoque ut auratos gereres, Eriphyla, lacertos,
dilapsis nusquam est Amphiaraus equis.
proloquar (atque utinam patriae sim uerus haruspex!):
frangitur ipsa suis Roma superba bonis.

43–46 *hic alienos esse censet Housman : Dianae loquenti tribuit Ayrmann, Paui plerique post Carutti : ante u. 43 lac. stat. Heinsius* **43** et] ut F L P D V (*corr.* F^4 V^2), *quo retento* ut 'leporem ... cane' *dist. Richmond* quocumque *J. H. Voss* ueneraberis F L D V P^2 : uenerabis P : ueneberis (*ut uid.*) F^4 **47** et F (*corr.* F^2) L D **51** lumina F L P D V (*corr.* F^4 V^2) **53** mox F L P D V (*corr.* F^4 V^2), *prob. Housman Class. Pap. 281*; *fort. recte: cf. enim Paus. 10,23 et B.-B. 297; uide tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 265sq.* aurigero N F L P Vo V^2; *cf. Tränkle 59* duras F L P D V (*corr.* F^4 V^2); *cf. ThLL V 1,1272,17sqq.* **54** parnas(s)i F D : parnasis L P : parnassus V^2 in ora ς **55** te] et ω, *corr.* ς **56** pio] tuo F (*corr.* F^4) L P D V; *deff. Housman Class. Pap. 274* (tuus = faustus), *Enk Comm. crit. 253, W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 263; cf. tamen B.-B. 297, Sh. Bailey CIR 68 (1954) 8sq.* **58** dil(l)apsus L P D V (*corr.* V^2) : delapsis ς (*probb. B.-B. 297*); *cf. tamen ThLL V 1,1159,5sqq., Rothstein II 372* numquam F (*corr.* F^2) L P D : nunc V; *cf. Ouid. met. 1,587* esse putat nusquam **59** uanus V^2; *sed cf. 3,8,17 et W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 272sq.* **60** suis] sitis N

certa loquor, sed nulla fides; neque enim Ilia quondam
uerax Pergameis Maenas habenda malis.
sola Parim Phrygiae fatum componere, sola
fallacem patriae serpere dixit equum.
ille furor patriae fuit utilis, ille parenti:
experta est ueros irrita lingua deos.

14

Multa tuae, Sparte, miramur iura palaestrae,
sed mage uirginei tot bona gymnasii,
quod non infamis exercet corpore ludos
inter luctantis nuda puella uiros,
cum pila ueloces fallit per bracchia iactus,
increpat et uersi clauis adunca trochi,
puluerulentaque ad extremas stat femina metas,
et patitur duro uulnera pancratio:

61 neque uilia quondam *cod. Cantabrig. Bibl. Vniu. Add. 3394* (*prob. Richmond, qui* locuta est *e* loquor *suppl.; cf. B.-B. 297*) **62** Pergamei ... mali *Luck dub.* **64** patriae] Troiae *Sh. Bailey* (*propter uocem* patria *in uu. 59. 64. 65 repetitam; quam uocem tamen non sine causa in elegiae exitu iterauit Propertius*) **65** foret *Barber* fuit utilis] uilis fuit *Baehrens*; *sed cf. Rothstein II 118, Camps III 120*

14 ad spartum F L D V : ad spartum de ludis in palestra P : *priori coniung.* N (*separ.* N^2) **1** mirantur F **3** quot P laudes ω, *corr. Auantius*; laudes *def. Rothstein II 119, coll. Verg. Aen. 4,99, ubi* pacem ... pactosque hymenaeos exercere *legimus; cf. tamen Leo Kl. Schr. II 192, Sh. Bailey 183. Eandem corruptelam codices exhibent in 2,11,2; 2,34,85: cf. app. ad loc.* **5** ueloci ... iactu *Scaliger*; *tradita recte interpretatur Housman ad Manil. 1,240* (fallit = dissimulat); *uide etiam Camps III 121sq.*

nunc ligat ad caestum gaudentia bracchia loris,
missile nunc disci pondus in orbe rotat,
et modo Taygeti, crinis aspersa pruina,
sectatur patrios per iuga longa canis:
gyrum pulsat equis, niueum latus ense reuincit,
uirgineumque cauo protegit aere caput,
qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodontiacis turba lauatur aquis;
qualis et Eurotae Pollux et Castor harenis,
hic uictor pugnis, ille futurus equis,
inter quos Helene nudis capere arma papillis
fertur nec fratres erubuisse deos.
lex igitur Spartana uetat secedere amantis
et licet in triuiis ad latus esse suae,
nec timor aut ulla est clausae tutela puellae,
nec grauis austeri poena cauenda uiri.
nullo praemisso de rebus tute loquaris
ipse tuis: longae nulla repulsa morae.
nec Tyriae uestes errantia lumina fallunt,
est neque odoratae cura molesta comae.

9 candentia *Gruter* (*prob. Hartman Mn 50 [1922] 258*); *cf. tamen Val. Fl. 1,109* umeris gaudentibus **15–16** *post u.* 10 *transtulerunt Palmer et Otto* (*cf. Housman Class. Pap. 43, Rothstein II 372, B.-B. 299*) : *post u.* 12 *transt. Canter* **14** termodont(h)eis F (*corr.* F^2) L P lauantur L D V (*corr.* V^2), *prob. Housman Class. Pap. 288*; *de constructione ad sensum cf. 3,17,28* unde tuum potant Naxia turba merum (*uide tamen app. ad loc.*), *Löfstedt Synt. II 152* leuatur equis *Kraffert* **17–20** *del. Knoche* **17** habenis N Vo F^4 V^2 : athenis F L P D V, *corr.* ς **19** capere arma] est armata F : arma L : armata P D V : caperere arma F^4; armata *prob. Housman Class. Pap. 267. 364; cf. tamen B.-B. 299; qui 4,3,43 conferunt* capillis F (*corr.* F^2) L P D V **20** duos *Fruter* **23** non F L P **27** non F L P D V **28** adoratae N comae] domi ω, *corr. Canter*; *cf. Ouid. ars 2,734* odoratae . . . comae, *medic. 19* odoratos . . . capillos; *uide etiam Housman Class. Pap. 274*

at nostra ingenti uadit circumdata turba,
nec digitum angusta est inseruisse uia.
nec quae sint facies nec quae sint uerba rogandi
inuenias: caecum uersat amator iter.
quod si iura fores pugnasque imitata Laconum,
carior hoc esses tu mihi, Roma, bono.

15

Sic ego non ullos iam norim in amore tumultus,
nec ueniat sine te nox uigilanda mihi!
ut mihi praetexti pudor est sublatus amictus
et data libertas noscere amoris iter,
illa rudis animos per noctes conscia primas
imbuit, heu nullis capta Lycinna datis!

30 uia] tria L : tua D V (*corr.* V^2) : nia *fortasse ex* iua F^3 **31** sit facies P V^2 : sint faciles ς quae det uerba roganti *Burman sen.*; *tradita def. Sh. Bailey 304, coll. Cic. Flacc. 11* laedendi uerba, *Paul. Nol. carm. 20,267* sermo precandi **33** luctasque *Fontein* : pugnosque *Otto* : moresque *Sh. Bailey* (*coll. Tac. ann. 3,28,2* non mos, non ius); *tradita def. Camps III 124, qui* iura pugnasque *i. q.* iura palaestrae *interpretatur* leonum N : Lacaenum *Phillimore*

15 ad cynthiam de lycin(n)a P D V : ad cynthiam de licimia F : ad cynthiam L **1** hic N *rubricator* (s *add. scriba in mg.*) nullos F L P D V (*corr.* V^2), *quo retento* iam norim nullos *coni. Broukhusius* **2** *post hunc uersum* 45–46 *transt. Otto* **3** pr(a)etexta F L P Δ : pr(a)etext(a)e ς uelatus ω : ablatus *Heinsius* : elatus *Guyet* : amotus *Barber* : releuatus *Camps* (*coll. Ouid. am. 1,6,25* sic umquam longa releuere catena) : *alii alia*; *corr.* ς amicus N F Vo V^2 : amictu ς **6** heu nullis] ut nullis *Havet* : armillis *Damsté*; *uide tamen Sh. Bailey 186*

tertius (haud multo minus est) cum ducitur annus,
uix memini nobis uerba coisse decem.
cuncta tuus sepeliuit amor, nec femina post te
ulla dedit collo dulcia uincla meo.
testis erit Dirce tam uero crimine saeua
Nycteos Antiopen accubuisse Lyco.
a quotiens pulchros uulsit regina capillos,
molliaque immites fixit in ora manus!
a quotiens famulam pensis onerauit iniquis
et caput in dura ponere iussit humo!
saepe illam immundis passa est habitare tenebris,
uilem ieiunae saepe negauit aquam.
Iuppiter, Antiopae nusquam succurris habenti
tot mala? corrumpit dura catena manus.
si deus es, tibi turpe tuam seruire puellam:
inuocet Antiope quem nisi uincta Iouem?
sola tamen, quaecumque aderant in corpore uires,
regalis manicas rupit utraque manu.

7 aut N Vo : hanc F (*corr.* F^2) : haut V^2 (haud multo minus) *dist. Rothstein*; *cf. Camps III 126* cum] iam *Postgate* **8** coisse] fuisse *Heinsius*; *cf. ThLL III 1421,10sqq.* **10** *post hunc uersum* 43–44 *transt. Vulpius* : 45–46, 43–44 *transt. Fischer* : *lacunam ante u.* 11 *statuit Guyet* (*probb. B.-B. 300; cf. tamen Sh. Bailey 186, Macleod ClQ 68 [1974] 93*) **11** uano *Franz* (*coll. Ouid. met. 7,828*) : sero *Phillimore* (*prob. Camps III 128; sed cf. Sh. Bailey 187*); *cf. tamen Ouid. epist. 18,112; met. 14,401; trist. 3,2,5; 3,11,33; Pont. 4,14,29; Liu. 42,13,1; Curt. 6,10,11 aliaque exempla ap. ThLL IV 1192,32sqq.* **13** ussit ω (*quod frustra def. Rothstein II 126*), *corr. Titius* **14** immittens N L P Vo F^4 : immictens F; *cf. ThLL VII 1,467,57sqq.* **15** impensis F L D V (*corr.* V^2) **19–21** *Antiopae loquenti tribuit Kraffert; cf. tamen Rothstein II 372* **20** dira F; *cf. Ouid. am. 1,6,1* ianitor ... dura religate catena **21** es] est N F L Δ seruare V^2 **22** uicta N F L Δ

inde Cithaeronis timido pede currit in arces.
nox erat, et sparso triste cubile gelu.
saepe uaga Asopi sonitu permota fluentis
credebat dominae pone uenire pedes.
et durum Zethum et lacrimis Amphiona mollem
experta est ⟨s⟩tabulis mater abacta suis.
ac ueluti magnos cum ponunt aequora motus,
Eurus ubi aduerso desinit ire Noto,
litore sub tacito sonitus rarescit harenae,
sic cadit inflexo lapsa puella genu.
sera, tamen pietas: natis est cognitus error.
digne Iouis natos qui tueare senex!
tu reddis pueris matrem, puerique trahendam
uinxerunt Dircen sub trucis ora bouis.
Antiope, cognosce Iouem: tibi gloria Dirce
ducitur in multis mortem habitura locis.
prata cruentantur Zethi, uictorque canebat
paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua.

27 uago Δ (*probb. Rothstein II 128, B.-B. 301; sed cf. 4,1,71*) (a)esopi N F L Vo V^2 **30** tabulis ω, *corr.* ς **31** at ueluti F L; *sed cf. 2,3,47; 2,15,51, ubi* ac ueluti *in hexametri initio legitur; uide etiam Tränkle 46* **32** sub aduerso ... notho N (*cf. Housman Class. Pap. 244*) : in aduersos ... not(h)os F L P Δ : et aduerso ... noto *Keil* (*probb. B.-B. 301*) : ut aduerso ... noto *Jacob, corr. Lachmann* **33** sub] sic ω : si ς : iam *Havet, corr. Liuineius*; *cf. 3,9,36* sub exiguo flumine, *Ouid. trist. 1,3,19* nata procul Libycis aberat diuersa sub oris *et uide Camps III 128* sub tacito] sollicito *Nairn, coll. Verg. georg. 4,262*; *cf. tamen 1,11,14* molliter in tacito litore compositam, *Sil. 7,259* languentes tacito lucent in litore fluctus **34** si F L P D V (*corr.* V^2) **35** sera tamen pietas, natis *dist. Camps dub.* **41** parta N F L P D V : parca Vo, *corr.* ς Zetho *Guyet, fort. recte (dat. agentis)*; *cf. Knoche Gn 10 (1934) 207; uide tamen Kuinoel I 275* ("Zethi prata *in quibus armenta sua pascere solebat ad montem Cithaerona Zethus, cuius inprimis iussu Dirce ibi tracta fuit, dum Amphiona laetum paeana in Aracyntho canebat*")

at tu non meritam parcas uexare Lycinnam:
nescit uestra ruens ira referre pedem.
fabula nulla tuas de nobis concitet auris:
te solam et lignis funeris ustus amem.

16

Nox media, et dominae mihi uenit epistula nostrae:
Tibure me missa iussit adesse mora,
candida qua geminas ostendunt culmina turris
et cadit in patulos nympha Aniena lacus.
quid faciam? obductis committam mene tenebris,
ut timeam audaces in mea membra manus?
at si distulero haec nostro mandata timore,
nocturno fletus saeuior hoste mihi.
peccaram semel, et totum sum pulsus in annum:
in me mansuetas non habet illa manus.

44 furens *Heinsius* **45** conscitet F (*corr.* F^3) L P : conciet D V (*corr.* V^2), *prob. Baehrens*; *cf. tamen Housman Class. Pap. 300, ThLL IV 66, 20sqq.*

16 de imperio amic(a)e F L D V : de imperio amice et exortatio circa illud P **1** media et] media, en *Heinsius*; *de particulae* et *ui cf. ThLL V 2,895,25sqq.* **2** tiburi (ty-) N F L P (*corr.* F^2 P^2); *de abl. loc. cf. Kühner-Holzweissig 293* missa] nulla F P (*corr.* P^2) **4** cadet F L P V (*corr.* V^2) : cadent D lympha F^4; *sed uoce* nympha *pro* aqua *utuntur Catull. 61,29; Lucr. 6,1178; Hor. carm. 3,13,15; Mart. 6,43,2; 6,47,1; Stat. silu. 1,3,37. 46: cf. Fedeli, Il carme 61 di Catullo, Frib. Heluetiorum 1972,39* **5** obiectis *Heinsius*; *sed cf. Cic. rep. 4,9* quas illi obducunt tenebras, *Plin. nat. 11,143* tenebris sese obducentibus *aliaque exempla ap. ThLL IX 2,39,72sqq.* **7** haec distulero F L Δ P^2 : hoc distulero P; *cf. Housman Class. Pap. 281* **9** pulsus] portus N : tortus *Gwynn* : postus *Phillimore* : porctus *Barber* (*sed cf. B.-B. 302*); pulsus *iure def. Rothstein II 132*

nec tamen est quisquam, sacros qui laedat amantis:
Scironis media sic licet ire uia.
quisquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris,
nemo ⟨a⟩deo ut noceat barbarus esse uolet.
luna ministrat iter, demonstrant astra salebras,
ipse Amor accensas percutit ante faces,
saeua canum rabies morsus auertit hiantis:
huic generi quouis tempore tuta uia est.
sanguine tam paruo quis enim spargatur amantis
improbus? † exclusis † fit comes ipsa Venus.
quod si certa meos sequerentur funera casus,
talis mors pretio uel sit emenda mihi.

11 l(a)edit F L P D V (*corr.* F^4 V^2) **12** sic licet] scilicet N Vo V^2 : si licet F L P D V : sis (*i. e.* si uis) licet *Gulielmius, corr.* ς; sic *sc.* si quis amat (*e u.11* amantes) **13–14** *tradit et CIL IV 1950 (inscr. Pomp.)* **13** erit *om.* F (*add.* F^4) L Scythiae *CIL IV 1950* ambulet P V Vo *CIL IV 1950* : ambulat N F L D **14** adeo *CIL IV 1950* : deo ω feriat *CIL IV 1950, fort. recte; cf. Hubbard ClQ 62 (1968) 318* **16** excutit ς : praecutit *Guyet* (*deff. Lachmann 302, B.-B. 303, coll. Ouid. met. 4,758sq.* taedas Hymenaeus Amorque / praecutiunt) : concutit *Francius*; *compositum pro simpl. usurpatur* (percutio = quatio) *: cf. 1,3,10, Ouid. met. 3,508, Sen. Thy. 251sq., Sil. 5,220* **17** aduertit F : auertat D V hiantis] eunti *Markland*; *cf. Sulp. Seu. Mart. 17,6* **19–20** *post u.* 14 *transt. Struchtmeyer* **19** prauo *Dorville*; *sed de nexu cf. Val. Max. 3,8,5 et de re Sh. Bailey 188* **20** exclusis fit ω : exclusis it *Dorville* (*non improb. Rothstein II 372, qui Verg. Aen. 2,704, Tib. 1,4,41 confert*) : ecce suis fit *Fischer* : exclusi fit *Kraffert* : et cuius sit (sit *iam* ς) *Palmer* (*probb. Enk Comm. crit. 263, B.-B. 303*) : exsuctis fit *Housman* : excubiis fit *Barber* : extrusis fit *Luck*; *uox* exclusis *a nonnullis defenditur: cf. Rothstein II 134, Sh. Bailey 189, Camps III 130; uide contra Lachmann 302: "hoc ineptissimum est, cum neque ipse Propertius tum exclusus fuerit, nec de aliis amatoribus exclusis sermo sit" et adde Leo Kl. Schr. II 192* **21–30** *del. Heimreich* **21** casus] cursus *Markland; sed cf. ThLL III 577,41sqq.* **22** tali V^2; *cf. tamen Sh. Bailey 189*

afferet haec unguenta mihi sertisque sepulcrum
ornabit custos ad mea busta sedens.
di faciant, mea ne terra locet ossa frequenti,
qua facit assiduo tramite uulgus iter!
post mortem tumuli sic infamantur amantum.
me tegat arborea deuia terra coma,
aut humer ignotae cumulis uallatus harenae:
non iuuat in media nomen habere uia.

17

Nunc, o Bacche, tuis humiles aduoluimur aris:
da mihi pacatus uela secunda, pater!
tu potes insanae Veneris compescere fastus,
curarumque tuo fit medicina mero.
per te iunguntur, per te soluuntur amantes:
tu uitium ex animo dilue, Bacche, meo!

23 huc ω, *corr.* ς *(et Guyet)*; *cf. Lachmann 303* **25** nec N F L P Vo V^2 **27** amantes F L P (*corr.* F^4 P^2) **29** humer ignotae] humeri ignotae N : humor ignotae F L P (humet P^2) : ignotae humor D V (humer V^2); *cf. Tränkle 44* cumulus F V (*prob. Camps III 131, coll. Tac. ann. 14,9,1* neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta aut clausa humus) : tumulis L P (*corr.* P^2) : tumulus Vo V^2; *cf. Lachmann 303sq.* **30** non] me F L P D V (*corr.* F^4 P^2 V^2)

17 ad bacc(h)um F L D V : suplicatio ad bachum P **2** pacato ω : bacchato V^2 : placatus *Postgate* (*sed cf. Housman Class. Pap. 372*), *corr. Auratus*; pacato *perperam deff. Rothstein II 136, Camps III 132: cf. Stat. silu. 3,1,39* pacatus mitisque ueni *et Sh. Bailey 190* **3** componere ς; *cf. tamen plurima exempla ap. ThLL III 2062,27sqq.; de huius elegiae exordio cf. Norden Agn. Th. 154* fluctus ς (*non improbante Sh. Bailey 190; cf. enim Ouid. trist. 1,2,87* tantos compescite fluctus) : flatus *anon. ap. Camps*; *cf. tamen ThLL VI 1,331,21sqq.* **4** sit F (*corr.* F^2) L D

te quoque enim non esse rudem testatur in astris
lyncibus ad caelum uecta Ariadna tuis.
hoc mihi, quod ueteres custodit in ossibus ignis,
funera sanabunt aut tua uina malum.
semper enim uacuos nox sobria torquet amantis,
spesque timorque animo⟨s⟩ uersat utroque modo.
quod si, Bacche, tuis per feruida tempora donis
accersitus erit somnus in ossa mea,
ipse seram uitis pangamque ex ordine collis,
quos carpant nullae me uigilante ferae,
dum modo purpureo tumeant mihi dolia musto
et noua pressantis inquinet uua pedes.
quod superest uitae per te et tua cornua uiuam,
uirtutisque tuae, Bacche, poeta ferar.

12 animo ω : animum V^2 : animae *Housman* (*qui* animae modo *i. q.* aurae ritu *interpretatur: cf. Class. Pap. 340*), *corr.* ς utrimque ς modo] meum ς : toro *Camps* (*coll. 2,17,3sq.; 2,22,47*); *sed* utroque modo (*i. e.* siue spe, siue metu) *recte tuetur Sh. Bailey 190sq., coll. Val. Max. 6,5,1, Sen. epist. 117,10, Gell. 5,10,9* **15** coles *Heinsius* : caules *Burman sen.*; *tradita deff. B.-B. 304, Tränkle 67, coll. Colum. 11,11,8* uitiaria malleolis pangenda; *alia exempla uerbalis uocis q. e.* pangere *cum acc. (Calp. ecl. 2,48; Tertull. anim. 30; Optat. Paneg. 26,3; Mar. Victor 1,225sq.) a Sh. Bailey afferuntur* **16–18** ferae. (. . .) pedes, *sic dist. nonnulli edd. post Jacob*; *cf. tamen Rothstein II 373, Camps III 134* **16** quas (*i. e.* uites) *Barber* (colles . . . uites . . . quas *coni. iam Guyet*; *cf. tamen Tib. 1,1,7* ipse seram teneras maturo tempore uites) carpent *Camps* **17** tumeant] numen N Δ : numine F : numem P : numerem L *ex corr.* (*quod dub. acceperunt B.-B. 304*) : spument ς (*cf. Housman ad Manil. 3,663; Class. Pap. 352 adn. 3*) : cumulem *Postgate* (*cf. Ouid. trist. 3,10,72* nec cumulant altos feruida musta lacus), *corr. Phillimore*; *cf. enim Ps. Verg. Aetna 267* tumeant ut dolia musto **19** cornua] munera *Guyet*; *sed cf. Tib. 2,1,3, Hor. carm. 3,21,18, Ouid. met. 4,19, ThLL IV 966,52sqq.*

dicam ego maternos Aetnaeo fulmine partus,
Indica Nysaeis arma fugata choris,
uesanumque noua nequiquam in uite Lycurgum,
Pentheos in triplices funera grata greges,
curuaque Tyrrhenos delphinum corpora nautas
in uada pampinea desiluisse rate,
et tibi per mediam bene olentia flumina Naxon,
unde tuum potant † naxia † turba merum.
candida laxatis onerato colla corymbis
cinget Bassaricas Lydia mitra comas,
leuis odorato ceruix manabit oliuo
et feries nudos ueste fluente pedes.
mollia Dircaeae pulsabunt tympana Thebae,
capripedes calamo Panes hiante canent,
uertice turrigero iuxta dea magna Cybebe
tundet ad Idaeos cymbala rauca choros.
ante fores templi crater⟨e⟩ antistes et auro
libatum fundens in tua sacra merum,
haec ego non humili referam memoranda cothurno,
qualis Pindarico spiritus ore tonat:
tu modo seruitio uacuum me siste superbo,
atque hoc sollicitum uince sopore caput.

21 flumine F L P D V (*corr.* L^2 V^2) **24** grata] rapta *Scaliger* (*prob. Camps III 135; cf. tamen ThLL VII 1,744,20, Tränkle 92*) : carpta *Heinsius* **27** Naxon] Diam *Palmer*; *cf. Diod. 4,61,5; Ouid. met. 3,690; 8,174* per Diam ... nasci *Baehrens* **28** naxia ω : maxima F^4 : noxia ς : nescia *Richmond*; *cruces posui, Sh. Bailey 192 secutus, propter suspectam nominis iterationem* (Naxon ... Naxia) **30** cingit ω, *corr.* V^2; *cf. Rothstein II 141* **33** mollia] Tmolia *Palmer*; *cf. tamen Stat. Ach. 1,654sq.* mollia ... tympana **35** cybel(l)e (cib-) ω, *corr. Itali* **36** fundet ω, *corr. Canter*; *cf. Rothstein II 143* **37** crater antistitis auro ω (*cf. B.-B. 306, H.-Sz. 160*), *corr. Heinsius* (cratere *iam* ς); *quo probato cum Richmond et Luck leniter distinxi in fine u. 38* **38** libabit *Foster* (*prob. Camps III 136*) **41** *om.* F (*add. in mg.* F^4)

18

Clausus ab umbroso qua ludit pontus Auerno,
fumida Baiarum stagna tepentis aquae,
qua iacet et Troiae tubicen Misenus harena
et sonat Herculeo structa labore uia,
hic ubi, mortales dexter cum quaereret urbes,
cymbala Thebano concrepuere deo
(at nunc inuisae magno cum crimine Baiae,
quis deus in uestra constitit hostis aqua?),
hic pressus Stygias uultum demisit in undas,
errat et in uestro spiritus ille lacu.
quid genus aut uirtus aut optima profuit illi
mater, et amplexum Caesaris esse focos?
aut modo tam pleno fluitantia uela theatro
et per maternas omnia gesta manus?

18 quod mors sit ineuitabilis L P D V : quod mors ineuitabilis P **1** clausus ab] Claudius *Hartman*; *sed cf. Sh. Bailey 194 adn. 1; de nexu uide Rothstein II 146 (qui Tib. 2,3,45* claudit et indomitum moles mare *confert) et plurima exempla ap. ThLL III 1302,74sqq.* ludit] allidit *Puccius* : alludit *Lambinus* (*sed cf. Sh. Bailey 194*) : tundit *Baehrens* : tendit *Barber* **2** humida ω, *corr. Scaliger*; *cf. Verg. Aen. 7,465, Macr. Sat. 5,11,25 et uide Tränkle 41* tepetis *Phillimore* (*probb. B.-B. 306*); *sed cf. Sh. Bailey 194* **3** latet L P **5** mortalis F L P D V hic ubi mortales, dexter *sic dist. Buecheler*; *cf. tamen Sh. Bailey 196* dextra D V P^2 *in ras.* mortali dextra *Calderinus*; *cf. ThLL V 1,924,19sqq.* conderet ς : uiseret *Havet* (*non improbante Sh. Bailey 196*) : cerneret *Barber*; *cf. tamen Rothstein II 18* **8** nostra F P *post u. 8 lacunam statuit Guyet* **9** his pressus N F L D V (*def. Camps III 139*) : bis pressus P Vo V^2 : Marcellus *Phillimore* (*non improbantibus B.-B. 307*) : hic fessus *Castiglioni* (*coll. Ouid. met. 3,502* ille caput uiridi fessum submisit in herba), *corr. Guyet*; *cf. u. 3* qua, *u. 5* hic demersit ς; *sed cf. ThLL V 1,490,3sqq.; 73sqq.* **10** in nostro F P : infesto *Paley* : inferno *Housman* **14** per mirantes omina festa manus *Sh. Bailey* (*coll. Hor. carm. 1,7,25sq., Ouid. Pont. 2,1,35*)

occidit, et misero steterat uicesimus annus:
  tot bona tam paruo clausit in orbe dies.
i nunc, tolle animos et tecum finge triumphos,
  stantiaque in plausum tota theatra iuuent;
Attalicas supera uestis, atque omnia magnis
  gemmea sint ludis: ignibus ista dabis.
sed tamen huc omnes, huc primus et ultimus ordo:
  est mala, sed cunctis ista terenda uia est.
exoranda canis tria sunt latrantia colla,
  scandenda est torui publica cumba senis.
ille licet ferro cautus se condat et aere,
  mors tamen inclusum protrahit inde caput.
Nirea non facies, non uis exemit Achillem,
  Croesum aut, Pactoli quas parit umor, opes.

15 et] hei *Guyet* : ut *Heinsius* steterat] sat erit *Liuineius*; *tradita def. Sh. Bailey 198sq., coll. Macrob. Sat. 1,16,42* **19–20** magnis ... ludis] magnis ... Indis *Housman* : signis ... Lydis *Barber* (Lydis *coni. iam Phillimore*); magnis ... ludis *in cruci*bus *includere malit Sh. Bailey 199; uide tamen B.-B. 308, quorum sententia Propertius ludos Romanos a Marcello aed. cur. celebratos significat; cf. etiam Vell. 2,93* **20** gemina L *in ras.* : semina D V sunt F L P D V (*corr.* V^2) nudis Vo **21** sed] si *Barber* hoc omnes ω (*def. Rothstein II 150, qui* patimur *simul audit; cf. tamen Leo Kl. Schr. II 192*), *corr.* F^4 P^2; *cf. Consol. ad Liu. 359* tendimus huc omnes *et uide Schuster Ph 81 (1926) 476* hoc omnes (*sc.* facere coguntur), hoc *Lachmann*; *sic etiam Sh. Bailey, qui tamen* hoc ... hoc *pro* huc ... huc *accipit* (*cf. ThLL. VI 3072sqq.*) uadimus (*uel* tendimus) huc omnes *Heinsius* : sed manet (*Keil*) hoc omnes *Palmer* **24** torui] troci N : torci F (*corr.* F^2) : torti L P D V (*corr.* V^2) F^4 : curui P^2 : taetri *Havet* (*coll. Iuuen. 3,265sq.* taetrumque nouicius horret / porthmea); *uide tamen Housman Class. Pap. 268* est torui] atrocis *Leo*; *sed cf. Rothstein II 374; uide Theocr. 17,49* στυγνὸν ἀεὶ πορθμῆα καμόντων **27** nerea ω, *corr.* ς **28** parit] premit F D^2

hic olim ignaros luctus populauit Achiuos,
  Atridae magno cum stetit alter amor.
at tibi, nauta, pias hominum qui traicis umbras,
  hoc animae portent corpus inane suae:
qua Siculae uictor telluris Claudius et qua
  Caesar, ab humana cessit in astra uia.

29–30 *del. Carutti* : *post u.* 8 *transt. Baehrens, post* 2,6,16 *Phillimore, post* 3,7,21–24 *Nairn, post* 4,6,34 *Housman* : *alii alia*; *tradita recte def. iam Buecheler RhM 39 (1884) 622 ("nec singulos tantum oppressit sed totas cateruas lamentabili strage permiscens uiuos ac mortuos"), non improbante Sh. Bailey 200; cf. etiam Castiglioni, Vt pictura poesis, Lugduni Batau. 1955,54, Lieberg Herm. 90 (1962) 124–128* **29** sic olim *Heinsius* : sic etiam *Sh. Bailey* **30** alter] altus *Lachmann*; *sed cf. Schneidewin Ph 1 (1846) 383; uide etiam Camps III 142* **31** trahitis L : traicit *Paley*; *cf. Enk Comm. crit. 268; Cumont RPh S. II 44 (1920) 75–78* **32** huc ω : hac *Guyet, corr.* ς; *cf. tamen B.-B. 309, qui recte censent* illuc = ἐκεῖσε *hic potius requiri, ut inferorum mentio fiat. Intellege contra:* hoc (*sc.* Marcelli) corpus portet ς : portant *Camps* (*qui* huc = Romam *parum recte intellegit*) tuae ω, *corr. Heinsius*; tuae *def. Schuster Ph 81 (1926) 474sq., id. PhW 53 (1933) 670sqq.; cf. etiam Tränkle 38; u. 32 recte interpretantur B.-B. 309, qui de nexu* animae (*genet.*) corpus inane *conferunt Ouid. met. 2,611* corpus inane animae frigus letale secutum est, *13,488* quae corpus complexa animae tam fortis inane; *uide etiam Sh. Bailey 202 post u.* 32 *lacunam statuit Richmond* **33** quo ... quo *Barber*; *cf. tamen Ps. Verg. Ciris 204sq.* qua nouus ad superum sedes haliaeetos et qua / candida concessos ascendat ciris honores **34** ab humano *Henry* : ab humanis *Barber*; *tradita iure def. Camps III 143, coll. Hom. Il. 3,406* ἧσο παρ' αὐτὸν ἰοῦσα, θεῶν δ'ἀπόεικε κελεύθου, *Ouid. fast. 1,248* humanis numina mixta locis; *uide etiam Sh. Bailey 202*

19

Obicitur totiens a te mihi nostra libido;
crede mihi, uobis imperat ista magis.
uos, ubi contempti rupistis frena pudoris,
nescitis captae mentis habere modum.
flamma per incensas citius sedetur aristas,
fluminaque ad fontis sint reditura caput
et placidum Syrtes portum et bona litora nautis
praebeat hospitio saeua Malea suo,
quam possit uestros quisquam reprehendere cursus
et rabidae stimulos frangere nequitiae.
testis, Cretaei fastus quae passa iuuenci
induit abiegnae cornua falsa boui⟨s⟩;
testis Thessalico flagrans Salmonis Enipeo,
quae uoluit liquido tota subire deo.
crimen et illa fuit, patria succensa senecta
arboris in frondis condita Myrrha nouae.
nam quid Medeae referam, quo tempore matris
iram natorum caede piauit amor?

19 de incontinentia mulierum F L D V : de incontinentia muliebri et quod ait acrior uirili P **2** illa V Vo D^2; *sed cf. Tränkle 162* **4** captae] liber(a)e F L P : cupidae *Heinsius*; *cf. Liu. 39,13,12* uelut mente capta **6** montes F; *cf. 2,15,33* **10** rapid(a)e ω, *corr. cod. Laur. plut. 91.24*; *uocem* rapidae *non tuetur Verg. buc. 2,10sq.* Thestylis et rapido fessis messoribus aestu / alia serpyllumque herbas contundit olentis; *praeterea inter omnes constat adiect.* rapidus *et* rabidus *in codicibus persaepe confundi; de re cf. Sh. Bailey 202sq.* **12** aiegno N : abiegno Vo V^2 *in ras.* boui ω, *corr.* ς **15–16** *post u.* 20 *transt. Postgate*; *cf. tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 276* **15** luit *Barber*; *sed cf. 2,6,34; 2,28,2* **17–19** Medeam ... Clytaemnestram *Guyet*; *cf. B.-B. 310* **17** pectore matris *Palmer* : more parentis *Housman* (*qui* tuum facinus *pro* Clytaemestrae *coni.*); *tradita recte def. Sh. Bailey 203* ("quid referam quo tempore, *i. e.* tempus quo, Medeae amor matris iram piauit natorum caede?")

quidue Clytaemestrae, propter quam tota Mycenis
infamis stupro stat Pelopea domus?
tuque o Minoa uenumdata, Scylla, figura,
tonde[n]s purpurea regna paterna coma.
hanc igitur dotem uirgo desponderat hosti!
Nise, tuas portas fraude reclusit amor.
at uos, innuptae, felicius urite taedas:
pendet Cretaea tracta puella rate.
non tamen immerito! Minos sedet arbiter Orci:
uictor erat quamuis, aequus in hoste fuit.

20

Credis eum iam posse tuae meminisse figurae,
uidisti a lecto quem dare uela tuo?
durus, qui lucro potuit mutare puellam!
tantine, ut lacrimes, Africa tota fuit?

20 infantis F (*corr.* F^2) L P **21** teque o *Guyet* (*prob. Camps III 146*) : tu quoque *Lachmann*; *sed cf. H.-Sz. 475* pessumdata *Heimreich*; *sed cf. Tränkle 139* **22** tondens ω, *corr. Dawes*; *cf. B.-B. 311* purpuream ... comam *Markland*; *cf. Camps III 146* **25** et F : ut L (uos ... taedas) *parum recte dist. Leo* **27–28** *post u.* 24 *transt. Housman* : *del. Knoche Gn 12 (1936) 269sq.*; *sed nihil mutandum: cf. enim Williams Trad. and Orig. 774sq., Cairns ClQ 65 (1971) 209sq.* **27** non tamen immerito! *sic recte dist. Rothstein; cf. enim 2,6,35; 2,30,19; Cairns ClQ 65 (1971) 210*

20 de contemptore amic(a)e F L D V : ad amicam de qua sperat et primo de eius contemptore P **1–2** *post u.* 4 *transt.* ς **1** eum] enim F (*corr.* F^2) D **4** tantisne N V^2 : tantis ne Vo : tantis F L P D V, *corr. cod. Berol. Lat. 500 (et Heinsius)*; *cf. Tib. 2,6,42* ploret ut illa *et B.-B. 312*

at tu, stulta, deos, tu fingis inania uerba:
forsitan ille alio pectus amore terat.
est tibi forma potens, sunt castae Palladis artes,
splendidaque a docto fama refulget auo.
fortunata domus, modo sit tibi fidus amicus!
fidus ero: in nostros curre, puella, toros!
tu quoque, qui aestiuos spatiosius exigis ignis,
Phoebe, moraturae contrahe lucis iter.
nox mihi prima uenit! primae data tempora noctis!
longius in primo, Luna, morare toro.

5 at tu stulta adeo's *Rossberg* fingis] flebis *Leo* (*Kl. Schr. II 192*), *coll. Eur. Med. 20sq.* Μήδεια δ' ἡ δύστηνος ἠτιμασμένη / βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιάς; *tradita def. Rothstein II 157, qui* esse *ad* deos *et* aliquid esse *ad* inania uerba *supplet; malo Sh. Bailey 204 sequi, qui* per mendacium deos inuocas *interpretatur et Lucan. 5,159* superis quos fingis, *Stat. Theb. 7,497* quid molles lacrimas uenerandaque nomina fingis *confert* uerba] uera *Lachmann* : uota *Baehrens* **6** terit D V (*corr.* V^2) F^4 : creat L; terit *probb. Housman Class. Pap. 288, Enk Mn S. IV 2 (1949) 166, coll. 2,9,22* forsitan ... fuere, *2,15,54* forsitan includet; *cf. tamen 3,23,11* forsitan ... fuerint, *ThLL VI 1138,32sqq., H.-Sz. 334sq. et de corruptelae origine La Penna SIFC 25 (1951) 235* **7–8** *post u.* 10 *transt.* ς **7** ast N **8–9** auo. fortunata domus (*sc.* tibi est) *dist. nonnulli; cf. Leo Kl. Schr. II 194* **9** domus] nimis *Markland; cf. ThLL V 1,1983,18* **10** fidus ego *Heinsius* **11** spatiosus F L P Δ (*corr.* V^2) **13** *nouam elegiam incipit Scaliger, qui uu.* 11–12 *post u.* 14 *transt.; Scaligerum nonnulli uiri docti secuti sunt: cf. e. g. Leo Kl. Schr. II 204, B.-B. 313, Camps III 148, Courtney Phoen. 24 (1970) 49–51; uide contra Vahlen Ges. Phil. Schr. II 133, Sh. Bailey 204sq., Williams Trad. and Orig. 414–417, Baker Lat. 27 (1968) 322–349 et nuperrime Regen Herm. 103 (1975) 469–479, Barsby Mn S. IV 28 (1975) 30–32, quem probat Macleod SO 51 (1976) 133* date ω (*cf. B.-B. 313*), *corr.* ς; *cf. Knoche Gn 12 (1936) 268, Camps III 148* da tempora nocti *Palmer* (*non improbante Sh. Bailey 205*)

quam multae ante meis cedent sermonibus horae,
dulcia quam nobis concitet arma Venus!
foedera sunt ponenda prius signandaque iura
et scribenda mihi lex in amore nouo.
haec Amor ipse suo constringit pignora signo:
testis sidereae to[r]ta corona deae.
namque ubi non certo uincitur foedere lectus,
non habet ultores nox uigilanda deos,
et quibus imposuit, soluit mox uincla libido:
contineant nobis omina prima fidem.
ergo, qui pactas in foedera ruperit aras,
pollueritque nouo sacra marita toro,
illi sint quicumque solent in amore dolores,
et caput argutae praebeat historiae;
nec flenti dominae patefiant nocte fenestrae:
semper amet, fructu semper amoris egens.

19–20 *post u.* 14 *transt. Lachmann* **19** cedant F L P D V (*corr.* $F^4 V^2$) : se dent *Heinsius* **20** conscitet L P **17** confringit F L P D V (*corr.* $F^4 V^2$) : constringet *Beroaldus; cf. ThLL IV 542,44sqq.* **18** *et* **24** *inter se mut. Lipsius; cf. B.-B. 312* **18** torta ω (*probb. Rothstein II 160. 375; Camps III 149*); *corr. codd. Passeratii, probb. R. Reitzenstein Spr. d. lat. Erotik 13 adn. 20, Leo Kl. Schr. II 192; cf. etiam B.-B. 313* **21** nam quod ubi F (*corr.* F^3) L **22** uigila N : uigilata *Palmer; cf. 3,15,2* **23** soluet *Luck* nox N F L Δ : modo P, *corr.* ς **24** contineat ... fides *Gronouius; cf. Tyrrell Hermath. 2 (1876) 122 et uide contra Sh. Bailey 206* omnia N F L Δ; *quod adtinet ad* omina *cf. R. Reitzenstein Spr. d. lat. Erotik 14, Sh. Bailey 206, ThLL IX 2, 575,3sqq.* **25** tactas ς (*cf. Verg. Aen. 12,201* tango aras); pactas *deff. Tränkle 67. 93, Sh. Bailey 207; uide etiam ThLL II 388,23* tactis haec foedera ruperit aris *Burman* : tacta sic foedera ruperit ara *Housman; cf. R. Reitzenstein Spr. d. lat. Erotik 14* **27** sunt F L P (*corr.* P^2)

21

Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas,
ut me longa graui soluat amore uia.
crescit enim assidue spectando cura puellae:
ipse alimenta sibi maxima praebet Amor.
omnia sunt temptata mihi, quacumque fugari
posset: at ex omni me premit ipse deus.
uix tamen aut semel admittit, cum saepe negarit:
seu uenit, extremo dormit amic⟨t⟩a toro.
unum erit auxilium: mutatis Cynthia terris
quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

21 ad cynthiam (ci-) F L D V : ad cinthiam et refert se profecturum athenas causa amoris abiciendi P **1** iter. Ad *dist. Burman*; *cf. tamen K.-St. I 282* **3** spectandi N : spectanti *docti quidam ap. L. Müller, fort. recte*; *supple tamen* eam *e genet.* puellae puellam *Burman*; *cf. tamen B.-B. 314* **4** ipse] inde *Burman*; *cf. 2,30,8* et grauis ipse (*sc.* Amor) super libera colla sedet *et H.-Sz. 190* **5-6** quaecumque ... possint *Heinsius* **6** possit ω, *corr. Richards*; *prob. Housman ad Manil. 2,745, qui sic uertit*: "omnes temptaui rationes, quibuscumque fugari posse uidebatur"; *cf. 1,10,19sq.* Cynthia me docuit semper quaecumque petenda / quaeque cauenda forent, *Lucr. 5,425sq.* consuerunt ... omnia pertemptare / quaecumque inter se possent congressa creare at] et D V ex omni] exsomnem *Heinsius* : exsomnis *Barber*; ex omni *deff. Rothstein II 162* ("ex omni quod tentaui": *quae explicatio nullum praebet sensum*), *B.-B. 314* ("ex omni parte, πάντοθεν": *quae interpretatio exemplis caret*); *uide contra Sh. Bailey 207, cuius sententia* ex omni *idem est atque* ex toto, *et cf. Sen. epist. 95,33* uoluptas ex omni quaeritur, *ThLL IX 2,618,35sqq.* ille D V (*corr.* V²) **7** uix] bis *Cornelissen*; *cf. tamen B.-B. 314* amittit N L : amictat F : ammittit P : amittat F³; *cf. 1,16,19; 2,17,12; Pichon Ind. uerb. amat. 79* negauit D V (*corr.* V²) **8** amica ω, *corr. Scaliger*; *cf. 2,15,17* **9** Cynthia *pro uoc. hab. Lachmann, prob. Rothstein II 376; intellege tamen* mutatis terris, quantum Cynthia oculis, tam procul animo ibit amor

nunc agite, o socii, propellite in aequora nauem,
remorumque pares ducite sorte uices,
iungiteque extremo felicia lintea malo:
iam liquidum nautis aura secundat iter.
Romanae turres et uos ualeatis, amici,
qualiscumque mihi tuque, puella, uale!
ergo ego nunc rudis Hadriaci uehar aequoris hospes,
cogar et undisonos nunc prece adire deos.
deinde per Ionium uectus cum fessa Lechaeo
sedarit placida uela phaselus aqua,
quod superest, sufferre, pedes, properate laborem,
Isthmos qua terris arcet utrumque mare.
inde ubi Piraei capient me litora portus,
scandam ego Theseae bracchia longa uiae.
illic uel stadiis animum emendare Platonis
incipiam aut hortis, docte Epicure, tuis;
persequar aut studium linguae, Demosthenis arma,
librorumque tuos, docte Menandre, sales;

11 (a)equore N L P Δ; *sed cf. B.-B. 114* **12** pari *Heinsius*; *cf. Camps III 151sq.* forte F L P **14** *hunc uersum habet et Non. 249,32 L.* nam F; *cf. tamen codd. Nonii* **19** lic(h)eo (ly-) N L P Δ : liteo F : Lechaei *Guyet* : Lechaea *Postgate, corr.* ς; *cf. K.-St. I 477, H.-Sz. 145, Löfstedt Synt. II 75* **21** sufferte ς **23** me litora] mea lintea ς **25-26** *del. Lachmann*; *uide etiam Knoche RhM 85 (1936) 49, Sh. Bailey 208* **25** uel] aut *L. Müller, probb. B.-B. 315 (uide etiam Leo Kl. Schr. II 192); cf. tamen de nexu* uel ... aut *2,2,6-7, H.-Sz. 552 exemplaque a Sh. Bailey ClQ 39 (1945) 121; 43 (1949) 27 allata* studiis ω, *corr. Broukhusius* (*qui et* spatiis *coni.*); *sermo est de Academia: cf. B.-B. 315, Sh. Bailey 209* **26** ortis F L P Δ : chartis *Slater*; *de Epicuri hortis agitur* docte] dux *Broukhusius* : note *Burman*; *quod adtinet ad uocem* doctus *philosophis tributam cf. Hor. sat. 2,4,88, Verg. catal. 5,9, ThLL V 1755,13-60* **27-28** *del. Richmond* **27** prosequar ς; *cf. e. g. Cic. ac. 1,7* (linguae: Demosthenis arma) / libraboque *Bury*; *cf. Petron. 5,14* quatiat Demosthenis arma; *de re uide Sh. Bailey ClQ 41 (1947) 92* **28** librorumque] libaboque *Suringar* (*probb. B.-B. 315*); *sed de enallage* (librorumque tuos ... sales *i. q.* librorum tuorum sales)

aut certe tabulae capient mea lumina pictae,
siue ebore exactae, seu magis aere, manus.
aut spatia annorum aut longa interualla profundi
lenibunt tacito uulnera nostra sinu:
seu moriar, fato, non turpi fractus amore;
atque erit illa mihi mortis honesta dies.

22

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tullè, Propontiaca qua fluit isthmos aqua,
Dindymis et sacra fabricata e uite Cybebe,
raptorisque tulit qua uia Ditis equos?

cf. Löfstedt Synt. II 110 docte] culte *Heinsius* : scite *L. Müller* : *alii alia*; *cf. tamen Manil. 5,475* doctior urbe sua linguae sub flore Menander *et uide Sh. Bailey 208sq.; de iterato epitheto cf. 3,8,2-4; sim. 3,11,59-61*
31 et (ς) . . . et (*Scaliger*) *Baehrens* **32** situ ς (*prob. Camps III 153*); *cf. tamen 2,25,30* in tacito cohibe gaudia clausa sinu, *Tib. 3,19,8* in tacito gaudeat ille sinu; *tradita recte interpretatur Sh. Bailey 210* **33** seu] aut *Guyet* : sic *J. H. Voss*; *sed de particula* seu *i. q.* uel *cf. H.-Sz. 503sq.* seu moriar fato, non *dist. Hosius*; *cf. tamen de ellipsi 4,11,79* et si quid doliturus eris, sine testibus illis, *Cic. Att. 2,15,3* denique si solus (*sc.* esse) non potuero, cum rusticis potius quam cum his perurbanis (*sc.* ero) *aliaque exempla ap. Sh. Bailey Att. I 309* **34** aeque *Guyet*

22 ad tullum F L D V : ad tullum exortatio de incolenda urbe romana et laudes urbis P **1** annus N F (*corr.* F^3) L (*corr.* L^2) V Vo : amnis D **2** quae N F L P; *def. Camps III 155, coll. Apoll. Rhod. 1,938* ὅσσον τ' ἐπιμύρεται ἰσθμός; *sed* isthmos *tantummodo ap. Apul. met. 1,1 feminini generis est (cf. Kocher 19 adn. 8; de pentametri structura cf. contra 3,3,2; 3,21,22)* **3** dindymus (dindi-) ω (*def. Kocher 20-22*), *corr. Palmer*; *cf. Housman Class. Pap. 1236* e uite] inuenta N L P V Vo F^4 (*frustra def. Rothstein II 167. 376, coll. Verg. Aen. 7,61sq.* quam pater inuentam, primas cum conderet arces, / ipse ferebatur

si te forte iuuant Helles Athamantidos urbes,
at desiderio, Tulle, mouere meo.
tu licet aspicias caelum omne Atlanta gerentem,
sectaque Persea Phorcidos ora manu,
Geryonis stabula et luctantum in puluere signa
Herculis Antaeique Hesperidumque choros;
tuque tuo Colchum propellas remige Phasim,
Peliacaeque trabis totum iter ipse legas,
qua rudis Argoa natat inter saxa columba
in faciem prorae pinus adacta nouae;
et si⟨s⟩, qua Or⟨t⟩yg⟨i⟩e uisenda est, ora Caystri,
et qua septenas temperat unda uias;

Phoebo seruasse Latinus; *cf. contra Leo Kl. Schr. II 194, Kocher 22*) : iuuenta F D (*def. Tovar ClPh 59 [1964] 35-36*) : in caute *Housman* (*coll. Apoll. Rhod. 1,1120*) : in uite *Havet* (*prob. Camps III 155*) : *alii alia*; *corr. Haupt, coll. Strab. 12,575, Apoll. Rhod. 1, 1117sqq.* sacrae fabricata iuuenca Cybebae *I. Voss* (*cf. tamen Housman Class. Pap. 2[48]*) : secto fabricata e dente Cybebe *Barton* **4** quae ς; *sed cf. app. ad u. 2, Lucr. 5,102. 272, Liu. 8,8,19, Sen. Herc. f. 835, Auson. epigr. 3,10 P. et uide Housman ad Manil. 5,24, ad Lucan. 1,405; 6,355; Sh. Bailey 307* equos? *sic dist.* Cahutti
5 sic *Baehrens* : seu *Luck*; *sed cf. 2,1,75* si te forte meo ducet uia proxima busto *et Kocher 27* iuuat N F L P Vo **6** et ω : nec ς (*prob. Hubbard ClQ 62 [1968] 319*), *corr. Phillimore* (*probb. B.-B. 316, Camps III 155*) **13** argea F D V (*corr.* F^4 V^2); *prob. Housman Class. Pap. 274, coll. 2,26,39sq., Val. Fl. 1,477*; Argoa *def. Sh. Bailey 211, qui 4,8,24, Hor. epod. 16, 57, Stat. silu. 3,2,42 confert. Ad uerba* Argoa columba *supplendum est* duce; *de abl. Kocher 42 adfert 1,17,23; 1,19,19; 2,4,21; 3,11,55; 3,17,21* **15-16** *post u. 6 transt. Housman, prob. Hubbard ClQ 62 (1968) 319*; *cf. tamen Kocher 30-32* **15** at F (*corr.* F^4) L D V : aut P si qua ω (*quod ferri non potest, ut ostendunt B.-B. 317; contra Camps III 157 cf. Kocher 45*), *corr. Haupt* orig(a)e ω : Ortygii *I. Voss* : Ortygiae *Lachmann, corr. Butler et Barber* (et sis qua Ortygie et *coni. iam Haupt, prob. Rothstein II 169*); *cf. Camps III 156, Kocher 45* **16** quae *Palmer* (*prob. Camps III 157*); *cf. tamen app. ad uu. 2. 4 et Kocher 19*

omnia Romanae cedent miracula terrae:
natura hic posuit, quidquid ubique fuit.
armis apta magis tellus quam commoda noxae:
Famam, Roma, tuae non pudet historiae.
nam quantum ferro tantum pietate potentes
stamus: uictrices temperat ira manus.
hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Vmbro
tramite, et aeternum Marcius umor opus,
Albanus lacus et socia Nemorensis ab unda,
potaque Pollucis nympha salubris equo.
at non squamoso labuntur uentre cerastae,
Itala portentis nec fu⟨r⟩it un⟨d⟩a nouis,
non hic Andromedae resonant pro matre catenae,
nec tremis Ausonias, Phoebe fugate, dapes,
nec cuiquam absentes arserunt in caput ignes
exitium nato matre mouente suo,
Penthea non saeuae uenantur in arbore Bacchae,
nec soluit Danaas subdita cerua ratis,

17 cedant *Heinsius*; *sed cf. Rothstein II 170, Kocher 53* **19–22** *post u.* 36 *transt. Tremenheere*; *cf. tamen Kocher 49–51* **22** ira] illa ς; *sed cf. Rothstein II 170, Sh. Bailey 308, Kocher 60* **23** Anio] almo P D flues ω, *corr.* ς Clitumnus *om.* F (*add.* F^4) **24** martius ω, *corr.* ς **25** socii N L P Vo : sotii F : sotiis D V, *corr.* ς *(et Puccius)*; *cf. Kocher 69* Albanusque lacus socii Nemorensis at (et *Hertzberg*) unda *Scaliger* : Albanus lacus et foliis Nemorensis abundans *Housman* : *alii alia*; *cf. tamen B.-B. 317* **26** lympha P^2; *sed de facilliore lectione agitur: cf. 1,2,12; 1,11,12; 3,3,51; 3,10,3; 4,6,7; 4,9,35. 59; uide tamen 3,16,4 et app. ad loc.* **27** ac D V nunc N; *cf. Rothstein II 171, Kocher 72* lanibuntur F : lambuntur L Δ F^3 **28** furit] fuit ω, *corr.* ς (*qui et* fluit *coni.*; *cf. ThLL VI 1, 969,82*); *cf. Tränkle 83 adn. 3* una ω, *corr.* ς; *cf. Kocher 74* **34** non D V

cornua nec ualuit curuare in paelice Iuno
aut faciem turpi dedecorare boue;
+ + +
arboreasque cruces Sinis, et non hospita Grais
saxa et curuatas in sua fata trabes.
haec tibi, Tulle, parens, haec est pulcherrima sedes,
hic tibi pro digna gente petendus honos,
hic tibi ad eloquium ciues, hic ampla nepotum
spes et uenturae coniugis aptus amor.

23

Ergo tam doctae nobis periere tabellae,
scripta quibus pariter tot periere bona!
has quondam nostris manibus detriuerat usus,
qui non signatas iussit habere fidem.

36 boui N F (*corr.* F^3) L P V Vo; boue (*i. q.* bouis forma) *iure def. Sh. Bailey 211, coll. 4,5,14; Ouid. met. 4,585; 7,270; fast. 5,504; Manil. 1,783; 4,681; Sen. Herc. O. 302* *post u.* 36 *lacunam statuit Liuineius* **37–38** *post u.* 10 *transt. Otto, post u.* 30 *Hertzberg* : *del. Knoche RhM 85 (1936) 38sqq.; 48sqq.; uide contra B.-B. 318, E. Reitzenstein Wirkl. 99sq., Camps III 160, Williams Trad. and Orig. 419sqq., Kocher 86–89* **37** arboreasue *Lachmann*; *sed cf. Rothstein II 174, H.-Sz. 500* Sinis] senis ω (cinis *sup.* N^2), *corr. Volscus*; *cf. Apollod. 3,16,2; Ouid. met. 8,440; Rothstein II 174* et non *om.* F (non *in mg. add.* F^4) : et *om.* Vo **38** curtatas *Puccius* (*prob. Camps III 161*); *sed cf. ThLL IV 1547,77sqq.* **40** h(a)ec F L P (*corr.* F^4 P^2) **41** alloquium *Otto*; *cf. ThLL V 2,412,50sqq.* **42** altus ς; *sed cf. Kocher 94*

23 de tabulis perditis F L D V : de tabellis amissis querela P **2** tot] non F L P (*corr.* P^2) : quot *Heinsius*; *cf. Camps III 90* **3** nostras N (*corr.* N^2) : uestras F

illae iam sine me norant placare puellas
et quaedam sine me uerba diserta loqui.
non illas fixum caras effecerat aurum:
uulgari buxo sordida cera fuit.
qualescumque mihi semper mansere fideles,
semper et effectus promeruere bonos.
forsitan haec illis fuerint mandata tabellis:
'Irascor quoniam es, lente, moratus heri.
an tibi nescio quae uisa est formosior? an tu
non bona de nobis crimina ficta iacis?'
aut dixit: 'Venies hodie, cessabimus una:
hospitium tota nocte parauit Amor,'
et quaecumque uolens reperit non stulta puella
garrula, cum blandis dicitur hora dolis.

5 puellam ς; *cf. tamen Rothstein II 175, Camps III 163* **11** fuerant F L P Δ : fuerunt ς (*prob. Housman Class. Pap. 275, qui u. 15* dixit *confert*); *cf. tamen La Penna SIFC 25 (1951) 235 et de* forsitan *cum coniunctiuo uide app. ad 3,20,6* **13** at tibi Vo V^2 **14** non bene ς; *uide tamen 2,32,24 et Rothstein II 176* nobis] bonis F (*corr.* F^2) L P carmina ς (*uide etiam Housman Class. Pap. 37*) **15** dixi N F L Δ : dixti ς; *cf. Camps III 163*: aut dixit, *sc.* puella uenias ς; *cf. tamen Camps III 163* cessauimus ω, *corr.* ς; *cf. Rothstein II 176 et, quod adtinet ad* una cessare, *Tränkle 169* **16** parabit *Heinsius, probb. B.-B. 319*; *cf. etiam Camps III 163; uide tamen Sh. Bailey ClQ 43 (1949) 28, qui Cic. fam. 9,6,2; Att. 14,2,4; Sidon. epist. 8,11,3 confert* **17–18** puella / garrula, cum *sic recte dist. Housman; cf. B.-B. 319* **17** dolens ω : solens *Guyet, corr. Puccius*; dolens *defendere conati sunt Rothstein II 176, Friedrich Cat. 88sq.; uide tamen Catull. 8,9* iam illa non uolt **18** ducitur ω, *corr.* ς; ducitur *def. Rothstein II 377; cf. tamen Phaedr. 4,25,19* redit hora dicta, *ThLL V 1,978,15–17* (diem dicere) *et de re B.-B. 319, Camps III 164*

me miserum, his aliquis rationem scribit auaru⟨s⟩
et ponit duras inter ephemeridas!
quas si quis mihi rettulerit, donabitur auro:
quis pro diuitiis ligna retenta uelit?
i puer, et citus haec aliqua propone columna,
et dominum Esquiliis scribe habitare tuum!

24

Falsa est ista tuae, mulier, fiducia formae,
olim oculis nimium facta superba meis.
noster amor talis tribuit tibi, Cynthia, laudes:
uersibus insignem te pudet esse meis.
mixtam te uaria laudaui saepe figura,
ut, quod non esses, esse putaret amor;

19 hic Vo auari ω, *corr.* ς **20** diras N Vo F^4; *quod defendere conatur Camps III 164, coll. Seru. ad Verg. Aen. 3,235* Vmbri . . . quae nos mala dira uocant; *cf. tamen Housman Class. Pap. 275, B.-B. 319* (*qui conferunt Ouid. am. 1,12,23–26* aptius hae capiant uadimonia garrula cerae, / quas aliquis duro cognitor ore legat; / inter ephemeridas melius tabulasue iacerent, / in quibus absumptas fleret auarus opes), *Tränkle 118. Eandem corruptelam in codicibus inuenimus ap. 3,11,20; 3,13,53; 3,15,20* **22** prae *Barber* signa ω, *corr. Beroaldus*; *cf. Ouid. am. 1,12,7* ite hinc, difficiles, funebria ligna, tabellae

24 ad amicam superbientem F V : ad cynthiam L D : ad cinthiam iurgia et separatio ab amore suo P **1** est *om.* F (*add.* F^2) **2** tuis *Burman*; *probb. B.-B. 320, coll. 1,1,1; uide tamen Stroh 166 adn. 87* (*qui 1,1,3 confert*) *et Sh. Bailey 212, qui* oculis meis = propter oculorum meorum iudicium *interpretatur* **4** te] iam *Heinsius* : nunc *Broukhusius*; *cf. tamen Camps III 165* (*ad uerbalem uocem* pudet *simul audi* me) meis? *dist.* N F **5** mixtam] fictam *Heinsius*; *sed* mixtam *recte tuetur Sh. Bailey 213* **6** essem F (*corr.* F^4) : esset D V F^2 esse] saepe F L P Δ (*corr.* P^2 V^2)

et color est totiens roseo collatus Eoo,
  cum tibi quaesitus candor in ore foret.
quod mihi non patrii poterant auertere amici,
  eluere aut uasto Thessala saga mari,
hoc ego non ferro, non igne coactus, et ipsa
  naufragus Aegaea (uer[b]a fatebor) aqua.
correptus saeuo Veneris torrebar aeno;
  uinctus eram uersas in mea terga manus.
ecce coronatae portum tetigere carinae,
  traiectae Syrtes, ancora iacta mihi est.
nunc demum uasto fessi resipiscimus aestu,
  uulneraque ad sanum nunc coiere mea.
Mens Bona, si qua dea es[t], tua me in sacraria dono!
  exciderant surdo tot mea uota Ioui.

9–10 *post u.* 12 *transt. Housman, post u.* 14 *Tremenheere*; *cf. Camps III 166* **10** eluere] fluere N F (*corr.* F[4]) L (*eandem corruptelam inuenimus ap. Sen. dial. 6 [= Marc.], 23,1, Plin. nat. 9,150; 30,64*) : fleuere P (*corr.* P[2]) : eruere *ed. Gryph. a. 1551*; *cf. ThLL V 2,435, 17–32, Enk Mn S. IV 2 (1949) 166* **11** h(a)ec ω (*quod fortasse defendi potest: cf. enim de uu. 9sqq. structura Tränkle 16*), *corr. Foster, qui de uerbalis uocis ellipsi (hic enim* auerti *e u. 9* auertere *simul audiendum est) 1,13,13; 4,11, 79 confert* coactus at ipsa *cod. Casanat. 915* (*prob. Bennett ClPh 64 [1969] 33*) : coactus et ipse *Baehrens* : coacta, sed ipsa *Phillimore* : coactus et ista *Barber* : coactus: ab ipsa *Sh. Bailey* (*cf. tamen B.-B. 214, qui uu. 11–14 recte interpretantur*) **12** uerba ω, *corr. cod. Vat. Chig. H IV 123 (et Liuineius)*; *cf. Foster AJPh 30 (1909) 58, Tränkle 8* (uera fatebor) *sic recte dist. Passerat*; *cf. enim Ouid. epist. 8,97* fatebar ς (*prob. Bennett ClPh 64 [1969] 33); sed cf. Verg. buc. 1,31; Aen. 4,20* (fatebor enim); *Ouid. epist. 8,97* (uera fatebor) *aliaque exempla ap. ThLL VI 337,10sqq.* **13** torrebor D V : terrebar Vo **14** uictus N F Vo **17** requiescimus *Francius* **18** uulnera et F **19** deo est ω : adeo es *Housman, corr. Beroaldus* **20** exciderunt ς (*probb. B.-B. 321*) : exciderint *Liuineius*; *sed ppf. recte interpretatur Camps III 169*

risus eram positis inter conuiuia mensis (III 25)
  et de me poterat quilibet esse loquax.
quinque tibi potui seruire fideliter annos:
  ungue meam morso saepe querere fidem.
nil moueor lacrimis: ista sum captus ab arte;
  semper ab insidiis, Cynthia, flere soles.
flebo ego discedens, sed fletum iniuria uincit:
  tu bene conueniens non sinis ire iugum.
limina iam nostris ualeant lacrimantia uerbis,
  nec tamen irata ianua fracta manu.
at te celatis aetas grauis urgeat annis
  et ueniat formae ruga sinistra tuae!
uellere tum cupias albos a stirpe capillos,
  a! speculo rugas increpitante tibi,

21 *nouam elegiam incipiunt, cum* N Vo, *complures editores*; *cf. tamen Rothstein II 377, Leo Kl. Schr. II 203, La Penna Maia 7 (1955) 134sq., qui dilucide ostendit carmen sub fine ad initium reuertens* (falsa est ista tuae fiducia formae . . . euentum formae disce timere tuae) *aptissime cum Propertii compositione conuenire* uisus V (*corr.* V[2]) : isus Vo **25** cautus *Heimreich*; captus *def. Sh. Bailey 215, coll. Lucian. dial. mort. 27,7* ὑπὸ δὲ τοῦ τυχόντος παιδισκαρίου καὶ δακρύων ἐπιπλάστων καὶ στεναγμῶν ἑάλως ὁ γενναῖος **27** uincet ς; *cf. tamen Tränkle 158* **28** ire] esse F L P D V (*corr.* V[2]) *non improbante Housman Class. Pap. 281*; *cf. tamen 1,5,2* et sine nos cursu quo sumus ire pares, *Camps III 170* **29** lumina F L P D V (*corr.* F[2] P[2]); *cf. Rothstein II 182* **32** ruga sinistra] curua senecta *O. Skutsch* **33** cum F (*corr.* F[2]) L P D V; *cf. Tib. 1,8,45* tollere tum cura est albos a stirpe capillos capias N F : cupies V Vo; *sed cf. u. 15* patiare, *u. 16* queraris, *Rothstein II 182* **34** e ς : at *uel* sed *Burman* : has *Heinsius*; *cf. tamen Tränkle 98. 149*

exclusa inque uicem fastus patiare superbos
  et quae fecisti facta queraris anus!
has tibi fatalis cecinit mea pagina diras:
  euentum formae disce timere tuae!

35 uices Vo F^4 patiere D V; *sed cf. app. ad u. 13* **36** ut D quereris *Heinsius*; *sed cf. app. ad u. 13* **38** domin(a)e F L P D V (*corr.* F^4 V^2); *cf. Stroh 167 adn. 90* explicit liber tertius incipit quartus F : propertii aurelii nautae liber quartus incipit ad hospites D

LIBER QVARTVS

1

⟨PROPERTIVS⟩

'Hoc quodcumque uides, hospes, qua[m] maxima Roma
  ante Phrygem Aenean collis et herba fuit; [est,
atque ubi Nauali stant sacra Palatia Phoebo,
  Euandri profugae concubuere boues.
fictilibus creuere deis haec aurea templa,
  nec fuit opprobrio facta sine arte casa;
Tarpeiusque pater nuda de rupe tonabat
  et Tiberis nostris aduena bubus erat.

1 **1** Propertius *add. edd. uett.* quam ω : quae ς, *corr. L. Carrio* est *om.* F **2** phryge enea N **4** procubuere V Vo (*fort. recte*); *uox* concubuere, *obsceno sensu carens, defenditur a Sh. Bailey 216, qui confert 4,8,36, Cic. rep. 4,4, Cypr. epist. 4,4,1, Varr. ling. 7,78; cf. etiam Pasoli Conu. 33 (1965) 627 et uide contra Hanslik Herm. 91 (1963) 181; exempla a Sh. Bailey allata, quae olim improbaui (cf. Fedeli 75), nunc magni momenti mihi uidentur, excepto Cypr. epist. 4,4,1* **6** non F L P D V (*corr.* V^2) **7** tarpetiusque N : tarpeusque F **7** fonebat F (*corr.* F^4) **8** nec ... rostris *Postgate*; *sed cf. B.-B. 323* tutus F L P D V (*corr.* F^4 V^2) : bobus P^2; *cf. Ouid. fast. 5,639sq.* nostras ... Tuscus (*Havet*) *Barber*

SEXTI PROPERTI

ELEGIARVM LIBRI IV

EDIDIT

PAVLVS FEDELI

STVTGARDIAE IN AEDIBVS B.G.TEVBNERI MCMLXXXIV

SUNY ALBANY
UNIVERSITY LIBRARY